

Q.K. 366, 1.

421
No 593

Deo Benigno.
DISSERTATIO HISTORICO-
GEOGRAPHICA
PRIMA

X 19 04072

De
ANTIQUIS CELEBRATA.

THULE

INSULA.

Quam
Benevolo Concessu
INCLUTI ORDINIS PHILOSOPHICI
IN

ALMA LIPSIENSI

Publico subjiunt Examini.

M. ISAACUS THILO

Insulan: Borufs:

Et

GEORGIUS NEUMAN

Görlic: Lusat. Philos. Baccul.

Ad diem. 13. Octobr.

Anno M. D. C. LX.



LIPSIÆ,
LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS,

In. D. Neumann.

R 27.





gra
ma
rib
nat
stit
can
Ad
big
om
tia
IN
gra
eni
ille
cor
ria
tra
qu
ind
tre
no
inq
sim





Q. D. O. M. B. V.
EN GEOGRAPHICAS!



Vam arduæ, quam difficiles sint RES GEOGRAPHICÆ, gravissimo suo exposuit iudicio & egregio expertus est conatu Cicero, Orator (quod de eo Farnabius α) & in Philosophiæ spatiis natus, & flores ex eloquentiæ myrotheciis Philosopho: Ita autem inquit: β) De Geographia dabo operam, ut tibi satisfaciam, sed nihil certi polliceor magnum opus est; Et ubi rem aggressus erat γ): quod tibi superioribus literis, inquit, promiseram fore, ut opus extaret hujus peregrinationis nihil jam magnoperè confirmo. -- Etenim γεωγραφικὰ quæ constitueram magnum opus est. -- Et hercule sunt res difficiles ad explicandum, & ουονδεις nec tam possunt ἀνεργεαφειδαι; quam videbantur. Adeoq; si tanto Oratori, tanto Philosopho, & perfecto utrobique; Magistro, RES GEOGRAPHICÆ, tam difficiles visæ sunt omnes; Quid nobis, qui non umbram tantæ referimus eloquentiæ vel sapientiæ tantæ, futurum speremus, dum de THULE INSULA & nomine δ) & omine ϵ) obscura ac involuta, Geographica quaedam publicæ exhibere conamur censura; Adeo enim ignota & incertis sitibus est locata hæc insula, ut Præclarus ille Antiquorum Geographus Strabo ζ) jam suo tempore sit conqvestus, πρὸς τῆς Θάλης ἀσαφὲς ἢ ἰσοεία, de Thule obscura est historia; Et Tylem veritate obscuriorem pronunciârit, Doctiss. Petrarcha η), & quando, qua mundi parte Tyle insula sit sita, inquirat, neq; ipsam invenit, neq; spem ullam inveniendi. Ut exinde etiam Eruditissimus Arngrimus Jonas θ) Islandus arbitretur: Eundem hic de Thules situ patere labyrinthum, quem nonnulli, (quod ubiq; sit) paradisi vetustissimi locum situmque inquirentes evitare nequiverunt. Verum cum Duces hinc nactissimus; Oculatissimum Geographum Cluverium ι), & Pontanum

α) In Indic. Rhetoric. p. m. 122.
 β) l. 2. ad Att. Ep. 4. p. m. 314. E.
 γ) l. 2. ad Att. Ep. 6. p. m. 315. D. & Epl. 7. p. 316. A.

δ) Infra cap. 1. §. 4. 6.
 ϵ) Infra cap. 1. §. 10.
 ζ) l. 4. Rev. Geogr. p. m. 139.
 η) lib. 3. Epist. fam. 1. p. m. 605. & p. 607.
 θ) In Specim. Island. Hist. Chorogr. part. 2. membr. 1. p. m. 120. 121.

A 2

num

ι) In Germ. Ant. l. 3. c. 39. p. m. 656. & in Intr. Geogr. passim.

κ) In Chorogr. num Nobilem Historicum Danorum κ) sat fidos & cautos, imò
 Dan. Descrip filo Ariadnæo certiores, fore speramus, ut & illum Jonæ λ) feli-
 p. m. 741. ope- citer evitemus *labyrinthum*, & ex illo, quem sumus ingressi so-
 ri Hist. sub- spites egrediamur; Si tamen in flexuoso illo circuitu, non licue-
 juncta. rit nobis inoffenso pede ubiq; sequi, benigniores experturos
 λ) l. c. p. 121. nos censores confidimus.

Capita autem presentis de Thule nostræ Dissertationis & futura expres-
 simus per literas Rubricæ :

EN GEOGRAPHICAS!

Præter Exordium enim per literam E. significatum, totam considera-
 tionem Geographicam Thules nostræ plenè exequemur; per-
 pendendo:

- | | |
|---|--|
| 1.) Nominis evolutionem cap. 1- | 7.) Acquisitionem vitæ mediorem |
| 2.) Genuinam Thules descriptionem vel situm & divisionem cap. 2. | c. 7. |
| 3.) Elevationem poli præcipuorum locorum. cap. 3. | 8.) Proprietates incolarum. c. 8. |
| 4.) Originem populorum c. 4. | 9.) Habitum cæli c. 9. |
| 5.) Gesta eorundem c. 5. | 10.) Indolem Insulæ. c. 10. |
| 6.) Regimen s. Imperium. c. 6. | 11.) Climata & parallelos. c. 11. |
| | 12.) Αξιωματικόν c. 12. |
| | 13.) Signa s. Insignia Islandorū. c. 13. |

Præsens autem disputatio duo tantum capita, quia difficiliora &
 magis controversa, complectetur: sit itaq; felici cum successu.

CAPUT I. exhibens.

α) §. 2. 3. 4. 5. 6 Nominis evolutionem in Etymologia α) Homonymiā β) & Synonymiā
 β) §. 8. 9. 10. γ) spectatam.
 γ) §. 11. 12. 13. Εκθεσις.

§. I. Et auspicandum à nominibus monet πάντα σοφός Scali-
 ger; α) Et Etymologiam rectè inter nominalia argumenta pri-
 mum locum occupare docet cum aliis acuti & accurati iudicii
 β) In Method. Philosoph. Eiferus β). *Etymon* proinde nostræ Thulæ, quod
 Partic. c. 3. multis involutum reperimus *difficultatibus*, ante omnia nunc
 p. m. 47. expendemus. Quod a. ut expediamus feliciùs, *variā* illam at-
 γ) l. p. c. 2. fol. que diversam, (quæ diversas parere possit, peperitq; hujus vo-
 m. 5. cabuli originationes,) hic annotabimus *scriptionem*; Sunt enim,
 δ) In præf. ad hist. Dan. p. 3. iiq; plures, qui cum latinis quibusdā Ptolemæi exemplaribus, it.
 ε) In præf. & Plinii, Solini, Virgilii, Melæ, vestustioribus *Thyle* scribunt; Alii
 l. 2. Hist. c. 3. cum Orosio γ) Saxone Grammat. δ) & Olao Magno (ε *Tyle*; A-
 p. m. 50. lii cum Barthol. Anglico, ζ) *Thile*; Alii apud Pontanum η) *Thole*
 ζ) l. 15. de pro- pr. rer. c. 161. Tylon
 η) In Chorogr. Dan. Descrip. p. 746. & Camers in c. 35. Solin. p. m. 176.

Tylon & Tulon apud Altstedium ϑ). Aliis alia placet Scriptio Au-
 tori Anonymo ι) Tile; Ortelio κ) Tule; Ludovicus de Cerda
 λ) cum aliquibus Thulem Petrarca μ) Tylem. scribere mavult;
 Alicubi ν) apud Strabonem Tyule, apud Pontanum ξ) Tuyle apud
 Cluverium \omicron) Tille scriptum reperimus. Verum quum non tan-
 tum in correctioribus Ptolemæi, Procopii, aliorumq; exempla-
 ribus Latinis scribatur Thule; Sed in omnibus etiam Græcis
 Ptolemæi exemplaribus, imò Strabonis, Procopii, Suidæ alio-
 rumq; $\Theta\acute{\upsilon}\lambda\eta$ non $\Theta\acute{\upsilon}\lambda\eta$ habeatur, hanc *scriptionem* cum Eruditissimo
 Salmasio π) & Cluverio ρ) iudicamus meliorem, eamq; ut ho-
 die usitatorem retinemus.

§. 2. Diversæ autem quia adferri possunt unius thematis de-
 ductiones notationesq; & alii tamen aliis sunt *probabiliores*, uti
 felici doctrina subjungit laudatus Regiomontanus σ) veniam
 speramus, si hic aliquantulum prolixius, in multifarias illas vo-
 cabuli Thule derivationes atq; notationes inquisiverimus, eas-
 que adduxerimus probabiliores: Philippo Melanchthoni τ)
 Altstedio υ) Gryphiandro ϕ) aliisque placet, ab antiqua illa Sa-
 xonum voce *Tell vel Thuel* quæ litem significat deducere, eò
 quod Thule Insula limes fuerit habita ab antiquioribus terræ
 cognitæ atq; terminus. Pontanus χ) ad stipulante Fournier ψ)
 ex Danico vel Norvegico idiomate, originem vocis esse, ubi
Thuyt scopulum significare tradunt; Et sic quibusdam etiã pla-
 ceret à Thule, quod Saxonibus sinisteritatem significat, deduce-
 re; Aurigarum enim est:

Hotta tibi dextram monstrat tibi Thule sinistram.

Quod Germanis illis & Norvegis imprimis sinistram versus sit
 sita. Verum cum non Germanicam sed vel *Græcam vel Phænici-*
am hanc vocem esse simus habituri inferius, & *ex lingua* thema-
 ti peregrina vocis Originationem petere prohibeat Celeberr.
 Eislerus ω), non commodè hic locum habebit, Germanica Ori-
 go. Unde meritò hic etiam à Joh. Stephano Stephano α) cum
 ingenii sui luxuria ac lusu improbatur Joh. Goropius Becan^o β)
 qui Thulen dictam vult quasi Tot Hülen/ (Belgis significat ad
 ploratum) quod eò navigantes ad ploratum (animarum sine
 dubio in Hecla) proficiscerentur.

A 3

§. 3. var-
 Stephan. l. 6.

ϑ) l. 1. Geogr.
 c. 4. p. m. 1364
 ι) de 3. Orb.
 part..
 κ) In Theatr.
 Tab. 89.
 λ) Com. in l. 1.
 Georg. Virg.
 v. 30.
 μ) l. 3. Ep. 1. p.
 607.
 ν) l. 1. Rer. Geo-
 gr. p. 71. n. 20.
 ξ) l. c. p. 746;
 \omicron) In Germ.
 Ant. l. 3. c.
 39. f.
 π) Com. in So-
 lin. p. m. 1242.
 ρ) l. c. p. m. 168
 σ) l. c. p. 49.
 τ) Tom. 4. De-
 clam. p. m. 686
 υ) l. 3. Geogr. c.
 2. p. 1429.
 ϕ) In Tract. de
 Ins. p. 56.
 χ) l. c. Choro-
 gr. p. m. 746.
 ψ) part. 1.
 Geogr. l. 1. c. xx
 p. m. 18.
 ω) In Method.
 Part. c. 3. p.
 m. 49.
 α) In n.
 uber d. Sax.
 c. m. p. r. f. p.
 16. a.
 β) apud laud.
 Stephan. l. 6.

γ) Suidas in
 voce Θάλις p.
 m. 1523.
 δ) In Chron.
 Sax. p. m. 12.
 ε) Lib. de Di-
 mens. Terræ
 p. m. 57.
 ζ) In Europ.
 Descrip. c. 13.
 p. m. 959.
 η) Tom. 4. De-
 clam. p. m. 687.
 θ) In Cbana-
 an. l. 1. c. 40.
 p. m. 737.
 ι) lib. 14. cap.
 6. p. m. 343.
 κ) Com. de Is-
 land. part. 1.
 sect. 3. p. 8.
 λ) lib. 15. de
 propr. rerum.
 c. 161. p. m.
 707.
 μ) In voce
 Thule.
 ν) In voce
 Thule.
 ξ) l. c. p. 727.
 ο) In enarrat.
 in Solini Po-
 lyhist. c. 35.
 p. m. 167.

§. 3. Suidas γ) & cum ipso Chytræus δ) Peucerus ε) Schrö-
 terus ζ) & alii plures, à Thule Ægyptiorum Rege Thulen no-
 stram nomen habere tradunt: Θάλις inquit Suidas ἐστὶ βασιλευσε πά-
 σης Ἀγύπτου καὶ ἕως τῆς Ὠκεανῆς, καὶ μίαν τῶν ἐν αὐτῷ ἡσων ἀπὸ τῆς ἰδίας ὀνόματ' ἐκά-
 λεσε Θάλην. seu: Thulis, hic totius Ægypti regnum ad oceanum usq;
 tenuit & unam insulam in eo sitam, de suo nomine Thulen appellavit.

De quo Ægypti Rege, ejusq; insolentia atq; interitu, pro-
 lixiùs ex Apollonii Argonauticis disserunt Laudati Autores.
 Et licet hanc quoque sententiam Celebratissimus ille Germa-
 nix Præceptor η) innuat, eidem tamen non annuit: Addunt hoc
 alii, inquit, Thulem Regem ultimam pervestigati à sese Septentri-
 onis insulam, tanquam navigationum suarum terminum, suo
 exornasse nomine. Verùm cum nullum ejus nominis apud
 Ægyptios Regem extitisse noverit Eruditissimus Samuel Bo-
 chartus θ) severiùs eam sententiam repudiat: *Monstrum in-
 quit, fabulæ est, quippe cum neq; Rex Ægyptius ullus legatur hujus
 nominis in Ægypti Regum catalogis, quos habemus ex Manethone
 & Herodoto, & Diodoro & Africano. Neq; eorum quisquam im-
 perii fines ad Gades usq; protulerit, multò minus ad Thulen Insu-
 lam, in extremo Septentrione.*

§. 4. Cum Isidoro ι) Jonas κ) Anglicus λ) aliq; à Sole appel-
 lationis Originem esse docent, quod, uti Isidorus loquitur, in ea
 æstivum solstitium Sol faciat, & nullus ultra eam dies est. Verum
 quia, quæ ratione illa fiat deductio, aut quomodo intelligenda
 sint, quæ de diei defectu subjungit, non est planum; illam hic
 potius negligendam ducimus derivationem quam complecten-
 dam. Aliis ut Fabro μ) Calepino ν) &c. placet à distantia ἀπὸ τῆς
 τηλόθεν, τῆλε l. τηλῶ quod procul vel longè significat, denomina-
 tam adferere, quod longè à reliqua terra habitabili distet, &
 remotissima omnium earum quas suo tempore cognitæ ha-
 buerunt Romani, fuerit habitæ, & propterea etiam ultimam to-
 ties apud Autores nuncupatam voluit; Sed, ut reliqua quæ
 hanc sententiam premunt, reticeam, illud tantum cum Lauda-
 tiss: Bocharto ξ) adnoto, quod ex eâ ratione τηλῆ non Θάλις fuisset
 dicendum. Propiùs autem ad scopum collimare videntur, qui
 cum Camerte ο) Thulæ nomen datum esse scribunt ἀπὸ τῆς Θόλης &
 dictam

dictam esse quasi Tholen, obscuram, turbidam, nigram, quod ob
nimiam à Sole distantiam, uti Camers addit caligiosa plerumq;
& obscura sit unda quoq; nigram toties appellavit Statius π)

Aut Rheni populos aut nigra littora Thules

Et alibi ρ) Tu disce patrem, quantumq; nigrantem

Fluctibus occiduis festoq; Hyperione Thulen.

Nigrantem enim non natantem legendum esse monet etiam lau-
datus Camers. σ) Et hanc hactenus traditarum originationum
judicaremus optimam; Quamquam alicui Anonymo magis
arrideat Thylen à *Súmma* procella deducere, eò quod in procel-
loso mari sit sita, & (quod Tacitus de Britannia loquitur,)
mare bitem in editos montes & campos tanta violentia fera-
tur tanquam in sua; cum præsertim Statio τ) etiam dicatur:

- - - Refluo circumfusa gurgite Thule

§. 5. At non tam *Græcum*, Græcæq; Originis quam *Phæni-*
cium esse *Thule* nomen, non sine ratione placet Samueli Boch-
arto υ) nobisq; Phænicibus namque ante, quam Græcis cogni-
tam fuisse *Thulen*, illæ nos apud Photium φ) & Bochartum χ)
edocere possunt citatæ tabulæ *Cyparissinæ*, quæ Tyri, cum ab Ale-
xandro Macedonũ Rege urbs capta esset, in *Tumulis* *Mantinia*
& *Dercyllidis* fuerunt inventæ; Rem gestam ex *Diogene* an-
tiquissimo Scriptore Photius ψ) narrat prolixius; Breviora
sunt sequentia: Venisse ad Alexandrum militem, qui se pere-
grinum quid & spectatu dignum extra oppidum habere dice-
ret; Hunc Rex adsumptis secum *Hephæstione* & *Parmenione*
sociis statim secutus, ad tumulos pervenit è lapide *Subterrane-*
os, quorum *inscriptiones* (quas ibidem etiam annotat Photius,)
ubi legissent, inciderunt in *arculam* è *cupresso fabricatam* cui sic
inscriptum:

HOSPES QVISQVIS ES

APERI

UT DISCAS QUÆ

ADMIRARIS.

Aperto itaq; ab Alexandri sociis scriniolo, *cyparissinas* inve-
nerunt tabulas, in quibus non tantum peregrinationem *Man-*
tinia & *Dercyllidis* (quod ex Tyro profecti, post varios erro-

π) Lib. 4. Syl-
vest. ad Marc.

v. 62. p. m. 89.

ρ) lib. 5. Sylv.

ad Crisp: v.

55. p. m. 112.

σ) l. c. p. m. 167

τ) lib. 5. Sylv.

In Prisc. v.

92. p. m. 105.

υ) In Chana-

an. l. 1. c. 40.

p. 726.

φ) In Biblioth

Codic. 166. p.

m. 363. seq.

χ) l. c. p. 727.

ψ) l. c. p. 363.

res tandem in Thulen venerint hæserintq; ibidem aliquādiu) descriptam legerunt sed multa etiam de Thule Insula memorabilia consignata; & ex illis tabulis postea ἔτι μὲν πρῶτον τῶν χρόνων ἔ βασιλείας Ἀλεξάνδρου seu non ita diu post Alexandri Regis tempora, Antiquissimus ille Scriptor Antonius Diogenes suos τῶν ὑπερθεῶν ἐπισημίων λόγους, καὶ Incredibilium de Thule Insula libros viginti quatuor teste Photio ibidem & Porphyrio ω) conscripsit, non tantum, sed multos etiam citavit longè antiquiores Scriptores, qui eadem, de eādē Insula, literis consignarint, easq; tanquam incredibilium istorum testes idoneos dilaudavit. Unde meritò cum Clariss. Bocharto concludimus: Phœnices Thulem prius habuisse cognitam quàm Græcos, eosq; quicquid de Thule adferunt, à Phœnicibus didicisse.

§.6. Cur itaque cum fama Thule nomen simul à Phœnicibus ad Græcos dimanasse non adseramus, cum præsertim & egregium habeat Thule nomen in Phœnicia lingua literarum & syllabarum convenientiam, & notabilem etiam inferat suo significatu notationem, indice quasi digito ultimam aliquam Septentrionis insulam, (modo non ipsam nostram Islandiam) commonstrantem: **Ἰου** Thule etenim (Teth per Tetha expresso juxta Alphabetum Cadmi, qui aliis sedecim, apud Gretserum τ) ex Phœnicia in Græciam, literas intulisse fertur) Phœnicibus pariter atq; Syris 1) umbras significare, & deinde 2) in translata significatione **Ἰου** pro tenebris passim in Sacra Scriptura usurpari, pluribus probat. Laudat. Bochartus α) Atque ad eò **Ἰου** **Ἰου** **Ἰου** Gezirat Thule Phœnicibus erat Insula tenebrarum, vel quod idem est tenebricosa, & per eam commodissimè aliquam in extremo Septentrione insulam sitam denotarunt; Constat etenim quam sæpè penetralia Septentrionis tanquam loca tenebricosa, & perpetua nocte damnata describere soleant, idque non sine conveniente ratione: Sunt enim in Poli vicinia vel noctes longissimæ, ac proinde tenebræ diuturnæ, vel in ipso etiam die, quia radii Solares ex obliquo tantum feriunt terras densæ sæpius atq; opacæ existunt nebulae & nubes, lucem malignam & aërem causantes caliginosum. Hinc Plinius β) regionem Scythiæ Pterophorum ita describit: Pars mundi damnata à natura

ω) In vita Pythagoræ. apud Vossium de Histor. Græc. c. 16. p. m. 100

τ) lib. 3. Disser. de Pron. Ling: Græc. c. 1. p. m. 450. α) In Chanaan l. 1. c. 40. p. m. 727.

β) l. 4. c. 12. p. m. 193.

natura rerum & densa mersa caligine; Et Solinus: γ) *Damnata* γ) cap. 13. p. 114.
 pars mundi & à rerum natura in nubem eterna caliginis mersa. Et
 hoc in respectu Poëtarum Principi Homero δ) πρὸς ζόφου ad cali- δ) Odyss. i. v. 25.
 ginem, Strabone interprete ε) idem est quod πρὸς ἄρην ad Sep- ε) l. x. Rerum
 tentrionem; Et quando alibi ζ) Homerus: Ἄ φίλοι, ἐγὰρ τὶ ἴδμεν Geogr. p. m. 23
 ἄπὸν ζόφον, O soti neque enim scimus ubi sit caligo, iterum inter- num. 30.
 pretatur Strabo η) nescimus ubi sit Septentrio; Et in eò quod no- ζ) Odyss. κ.
 tat Vetus Scholiastes θ) præeuntem habuit insignem Criticum v. 191.
 Aristarchum. Et tale etiam est, scribit celebratissimus Bochar- η) l. 10. Rerum
 tus, ι) quod Arabes mare septentrionale appellent mare tenebrico- Geogr. p. m.
 sum. Geographus Nubiensis κ): Tota hæc prima pars climatis septimi 313. num. 30.
 est חלוצי בה mare tenebricosum. θ) ad primũ
 versũ Odyss. β.
 ι) loc. supè cit.
 p. m. 728.
 κ) Clim. 7.
 parte. x. &
 parte 9.
 λ) cap. 2. §.
 4. &c.
 μ) l. 3. Syl. ad
 Claud. v. 20.
 p. m. 74.

§. 7. Nulla proinde vocabuli *Thule* quàm hæc Phœnicia origo
 erit melior, nulla quoque notatio, ipsi convenientior, præci-
 puè cum etiam ipsa nostra *Thule* illum in Septentrionem ha-
 beat situm (quem pluribus inferiora λ) declarabunt) & hujus-
 modi quoque *Epithetis* apud Celebriores Autores insigniatur
 quæ tenebricosam & caligniosam apertè simul subinnuunt, sic
 caligantem appellat Statius: μ)

Vel super Hesperiaè vada caligantia Thules.

Quemadmodum etiam supra ν) *nigram* nuncupat atque *nigran-*
tem. Et aëris constitutionem, apud Thulitas ita describit Stra- ν) §. 4. ex lib.
 bo: ξ) τὰς ἡλίου σὺν ἔχουσι καθαρὸς seu Soles non habet puros, videlicet §. Syl. v. 55.
 propter nebularum nubium densitatem sæpè caliginosi sunt di- ξ) lib. 4. Rerum
 es. Et quàm sit tempore Brumali *Thule* nostra tenebricosa, no- Geogr. p. m.
 139. num. 20.
 eteq; perenni damnata in sequentibus ο) ex Plinio, Solino, Pom- ο) cap. 2. §. 26
 ponio Mela, aliisque docebimur prolixius. seq.

§. 8. Atque sic hætenùs nos aliquandiu detinuit *Thule* Ety-
 mologia, ad ejus itaque nunc pergimus, quæ errori affinis Sca-
 ligerο π) dicitur, *Homonymiam*. Et hîc ad eò dubiis involutum,
 contortum & acceptionibus diversis intricatum invenimus π) Exercit.
 148. sect. 4. p.
 m. 500.
 vocabulum *Thule* (aut quomodocunque aliàs scripserint Auto-
 res ρ) ut, genuinam & Veteribus usitatam acceptionem dum ρ) supra §. 1.
 eruere conamur, multam operam & maximam fermè *Differ-*
tationuncula nature partem sumus insumpturi; Sed hoc loco pau-
 ca: Præterea enim quod antiquus aliquis Ægyptiorum Rex

B

Thules

e) supra §. 1. *Thules* nomine fingitur à Suida σ) aliisque τ), etiam *Thylon* à
 ε) *Suidas* in voce Θύλις p. m. 1325.
 τ) supra §. 3. citatis.
 υ) l. 25. *Nat. hist. c. 2. p. m. 1125.*
 φ) l. 6. *Geogr. c. 7. alius 8. Tab. 6. p. m. 255.*
 χ) l. 16. *Rerum Geogr. p. m. 527. num. 20.*
 α) In lib. 6. *Geogr. Ptol. c. 7. alius 8.*
 β) *Tab. 6. p. m. 150.*
 γ) In trib. *Orb. part. c. 17. f.*
 δ) l. 12. *Nat. hist. c. 10. p. m. 567. l. 6. c. 28. n. 31. p. m. 271.*
 ε) In *Animadv. Histor. Chorogr. p. m. 182.*
 ζ) l. 2. *Comp. Geogr. c. 4. p. m. 151.*
 η) l. 5. *Hist. Dan. p. m. 147.*
 θ) l. c. p. 138. 140.
 ι) In *Tract. de Insul. c. 1. n. 13. 14. seq. p. 20.*
 κ) In *tab. Geogr. de Holsat.*
 λ) In *Chorogr. Dan. Descrip. pag. m. 746.*

*Dracone occisus & virtute herbæ, quam balin nominant, saluti restitutus legatur ap. Pliniū υ) alia etiam terræ loca, aliæque insulæ hæc Thules nomine veniunt, si præsertim illæ inscriptione observatæ variationes attenduntur. Nam (1) Tyle, Tile, Tylus vel etiam Tylos (uti in scriptione hic etiam variant Autores) insula etiam aliqua celebratur in sinu Persico, quam Ptolemæus φ) sub 9^o gradum longitudinis 24, 4^o latitudinis locat, quam à Strabone χ) *Tyrum* fuisse dictum legimus, & testatur Maginus α); Solino β) palmas ferre, oleum creare & vineis abundare dicitur; Autori Anonymo γ) omni tempore foliis virere: Sed duas Tylos in illo Persico sinu agnovisse & descripsisse videtur Plinius δ) majorem & minorem; Alteram margaritis plurimis celeberrimam, cum oppido ejusdem nominis, alteram arbore dormiente claram, utramq; arboribus miris, lanigeris & perpetuis foliis virentibus celebratam. Verum cum nostram *Thylen* vel potius *Thulen*, magis in Septentrionem remotam jam ex parte conspeximus & pluribus illud sinus commonstraturi inferius, evidens fit quod illam Indiæ s. Persici sinus *Tylen* nunc non velimus intellectam.*

§. 9. Deinde (2.) *Tile* vel *Thiel* nomine oppidum celebre invenitur in Geldria apud Beutherum ε) Gölntzium ζ) aliosque; Cujus An. Christi 1014. funditus exusti meminit Pontanus. (n) Et (3.) *Thule* l. *Thul* Episcopatum aliquem in quinto imperii circulo nominari, tradit etiam Gölntzius, θ) Et hujusmodi hoc nomine insignita loca plura adhuc adduci possent; Sed *insulam* nos investigamus, non oppidum, non Episcopatum. Sed nec hæc hujus nominis desunt; Offendimus enim (4.) statim in Jutiæ fluvio Eidera insulam, quamquam non admodum magnam, quæ etiam *Tile* nomine claret, Incolis dicitur *Tilewerder*; *Werder* autem antiquâ voce insulam significare, pluribus non tantum docet Doctiss. Gryphiander, ι) sed quotidianus etiam usus apud plures populos illud ipsum comprobatur; Habet deinde etiam hæc *Tile insula* ab una parte fluvii pagos unum *Tile* & alterum *Tiele* dictos, ab altera fluvii parte arcem *Tileburg* nominatam, uti expressit Johannides Piscator κ) Sed hæc nobis sunt aliena, nec illam hic attendimus licet Septentrionaliorem insulam, non

non enim nostram nos in fluvio quærimus sed in Oceano, Thulen; Neq; (5.) Illam attendere volumus Tuulen insulam quam in mari propè Hellemstadium litus Norvvegiæ extantem refert Pontanus λ) & in mappis conspicimus.

§. 10. Sed plura nobis subnascuntur dubia, & incertiores fluctuamus, quando in vastum jam progressi Oceanum Thulen inquirere absqve pyxidibus usu, & ostendere ex aliorum indicio jubemur. Obvios namq; habebimus actutum, qui nobis vel cum Albategaio Arabe μ) apud Pontanum ν) Thulen (6.) in Britannia sitam referent, vel (7.) cum Anna Comena Alexiæ filia apud eundem Pontanum, ζ) Britanniam ipsam pro Thule ostendent; Mox offendemus alios, qui cum Clarissimo Hornio ο) (8.) Yam Scotiæ insulam per Thulen indigitabunt, vel cum Johanne Miritio apud Arngrimum Jonam π) (9.) ultimam in ditione Scoti Thylenſem. Alios qui cum Milichio ε) Bersemannō σ) Jacobo Pontano τ) Thulen (10.) unam ex Orcadibus eamq; ultimam narrabunt; Et plures sunt, qui cum Peucero υ) Camdeno φ) Magino χ) Altstedio ψ) Schultesio ω) aliisque, (11.) Scetlandiam s. Hetlandiam pro Thule nobis apprehendendam esse, ibiqve consistendum præcipient. Neqve deerunt qui cum Procopio α) & Celeberrimo Ortelio β) Scandiam (12.) vel (13.) Scandiæ aliquem tractum, Tile-vel Tulemarchiam apud Maginū γ) pro Thule insula monstrabunt; Neqve, qui sub nomine Thules cum Milichio δ) In illo Virgillii: Tibi serviat ultima Thule (14.) Grönlandiam & apud Altstedium ε) (15.) Frislandiam apprehendent, vel cum Sebastiano Schrötero ζ) (16.) unam ex Farrensisibus, vel cum aliis apud laudatum Jonam η) 17) Schrichtfinniam intelligere malunt. Quibus tamen iudicibus omnibus tantam ob discordiam suspectis, non dicam, (quod inferiora probabunt) fallacibus, nos nunc non committimus; Non enim ibi ubi applicant, Thule nomen observabimus aptum, nec ibi, ubi ostendunt, Thulen ipsam inveniemus. Certior proinde pyxidibus nauticæ usus præ istis iudicibus nobis nunc erit amplectendus, cujus acus magnetica dum paulum à Septentrione ad Occidentem deviat, rectà 18) in Islandiam pergendum svadet. Neque patimur, ut nos hic remoretur aut revocet Schrevelius θ) Thulen nobis cum aliis ex Gloss M. S. Lugd. 19.) in ultimis Hispania

B 2

8. β. θ) Com. in l. 1. Georg. Virg. 7. ad v. 30 p. m. 77

μ) Alexand. l. 2.
ν) Discuss. Hist. stor. c. 3. p. m. 7
ζ) l. c. p. 7.
ο) In Introd. ad Geogr. Antiq. p. m. 7.
π) In Com. de Island. p. m. 8. β.
ε) Com. in l. 2. Plin. c. 75. p. m. 370.
σ) Com. in l. 1. Georg. Virg. v. 30. p. m. 33. β.
τ) Com. in eundem Virg. loc. p. m. 236.
υ) De Dimens. Ter. p. m. 57.
φ) De Britan. p. m. 746.
χ) In Geogr. p. 99. β.
ψ) l. 3. Geogr. c. 2. p. m. 1429.
ω) In Syn. Geogr. p. 501.
α) l. 2. de Bell. Goth. p. m. 92.
β) In Theatr. Orb. Tab. 98.
γ) In Geogr. p. m. 100. β.
δ) Com. in l. 2. Pl. c. 75. p. m. 370.
ε) l. c. p. 1429.
ζ) in Mercur. Cosmic. p. m. 181.
η) In Com. de Hispania Island. p. m.

Spania quærendam esse, svadens, ibique Civitatem inveniri. Sed in Insulam tendimus, Oceani Septentrionalis præclaram, eamque omni jure & optima ratione celebratissimo Thules nomine condecorandam, & celebratissimam antiquorum Thulen habendam, multorum cum consensu gravium Scriptorum constantes nunc adferimus, inferius probandum.

§. II. Ad *Synonyma* ab Homonymis transimus; Quæ prout sese offerunt varia, ita notatu non videntur indigna. Præterea enim quo d *Tylon* atque *Tulon* notante Altstedio ^{d)} commodè etiam *Thiel Insel* dicitur, (quod verò Camdenus ^{e)} cum aliis Scetlandiæ tantum, hoc nomen ex opinione Nautarum attribuere malunt, suo loco relinquimus discutiendum.) Nos potius propter nominis, quam Thule Insula & *Thiel Insel* habent, convenientiam, nostræ *Thule* *Synonymum* esse putamus. Sed alia sunt, eaque notatu digniora Thulæ nostræ *Synonyma*, eaque à Primo quasi repetenda exordio. Nuncupata namque est olim nostra *Thule* etiam *Snelandia* id est *nivosa terra*, uti est apud Mercatorem, ^{λ)} *Schulken* ^{μ)} *Maginum*, ^{ν)} aliosque, idque à *nivibus* quod iis vel crebrioribus vel pluribus hæc terra obtegatur, vel quod *Snevalsjokel* id est *nivosum promontorium*, quod *Magino* ^{ξ)} magis placet, semper *nivibus* albeat. Primus autem, qui illud nominis Insulæ huic indidit, fuit, teste Arngrimo Jona Islando ^{o)} *Naddocus pirata* quidam, qui Insulas Farrenses versus contendens ad litora Orientalis Islandiæ, tempestate delatus est; Ubi cum animadvertisset altiora montium cacumina *nivibus* largioribus sub autumnum obduci, nomen insulæ fecit è re rata, vocavitque *Snelandiam*. Et quanquam hunc piratam laudatus Jonas primum velit hujus insulæ hucusque incognitæ inventorem, illud tamen omninò improbable esse, altera de hac natura Thule ostendet disputatio.

§. 12. Nominata deinde etiam fuit *Gardarsholm* quasi Gardari Insula; *Holm* namque etiam Germanis insulam dici cum Bertio ^{π)} approbat Gryphyander ^{ε)} à *Gardaro* quodam, natione Sveco, ubi iterum notat Arngrimus ^{σ)} & cum ipso Mercator ^{τ)}, qui fama de *Snelandia* per *Noddocum* allata impulsus, abiit eam quæsitum, quam ubi etiam invenerat, ad littus Orientale adpulit Anno Christi 864. ibidemque substitit per hyemem, postea verò reversus ad suos, terram illam neglecto *Snelandiæ* nomine *Gardarsholm* adpellavit.

§. 13. Sed aliud adhuc est, idque & recentius & hodiernum usitatus *Thulæ* *Synonymum*, quando *Islandia* s. *Glacialis terra* dicitur atque illud vel à mari glaciali, quod insulam alluit. Quæ *Olai Magni* ^{υ)} ut aliorum est

senten-

d) l. 1. Geogr. c. 4. p. m. 1364

e) In Britan. p. 746.

λ) In Atlante Tab. de Island p. 43.

μ) Lib. 2. Geogr. sect. 2. c. 3. p. us. 510.

ν) In Geogr. l. c. p. 10.

ξ) l. c. p. m. 200. a.

o) In Com. de Island. p. m.

7. β. it. In Crymog. l. 1. rerū

Island. cap. 1. pag. m. 9.

π) l. 2. Com. f. m. 345.

ε) Tract. de Inf. c. 1. p.

m. 22.

σ) locum cit. p. 10. ε. in

specim. Islandiæ Historic.

part. 1. sect. 1. p. m. 1.

τ) l. cit. Tab. de Isl. p. m. 43

υ) Lib. 2. Hist. c. 3. p. m. 59.

sententia; Mercator dicit à gelu nomen esse, quò ex parte Insula rigeat, vel quod magis probabile est, & plerisque Ortelio φ) Münstero χ) Cluverio ψ) & cæteris placet, à glacie quæ Insulam à Borea contundit, & sæpè etiam per aliquot menses totam circumfluitat, ubi tamen non illud Münsteri ω) eorumque qui ex ipso hoc annotant, Schultesii α) Frisii & Blekenii apud Jonam β) volumus adseruisse. quod per octo menses, glacies in plures particulas fracta, Insulam circumfluat, cum apud Laud: Islandum γ) experientia nos edocuit aliud. Quem verò hic primum habuit Insula nomenclatorem, quamque primam nominis hujus occasionem, pluribus iterum persequitur Eruditissimus Jonas δ) Fuit videlicet & illa Pirata quidam famosissimus Floco dictus: Hunc quia etiam inceserat terram hanc toties deprædicatam visendi cupido, ex portu aliquo Norvegiæ solvit, Haitlandiam transiturus sed cum pyxidis nauticæ tunc temporis nullus adhuc esset usus, ibidem substitit, alios sibi præparaturus itineris indices; Dum itaque Diis suis pro felici itineris successu vitula faciebat, tres simul corvos sacrificio intulit, consecravitque, quibus deinde auspiciatissimis usus est propositi itineris indicibus. Primus enim emissus Haitlandiam repetebat; collegitque exinde Floco se Haitlandiæ quam reliquis terris esse vicinior, Alter corvus dimissus, quia in navim recidit, indicio fuit, nullam antè vel à tergo conspici posse, terram. Tertius denique, perquam magno itinere confecto, emissus, subtilis visus acumine terram nautis optatam assecutus, celerrimo ad eam volatu fertur, ejus ductum dum strenuè sequitur Floco, insulam feliciter conspiciatus est & ingressus. Et dum ibi per hiemem in aliquo portu nunc watsfordur dicto subsistit, deprehendit sinum istum qui à Borea hanc insulam ingreditur, glacie maxima quam nunc Islandicam appellant repleri, nomen tertium insulæ ab ista glacie fluxit vocavitque Island seu Islandiam.

Atque sic satis prolixè occupati fuimus hætenus, in Onomastologia sive (quod nobis in methodo nostralitera N. indigebat) in Nominis evolutione; Ad Pragmatologiam nunc optimo ordine progrediendum, idque sequentis literæ indicio, Genuinam Thulæ nostræ Definitionem & Generalem Divisionem significare exposuimus jam antea. *)

CAPUT II. exhibens.

Genuinam Thulæ nostræ Descriptionem Sect. 1.

Et

Generalem ejus Divisionem; adnexis quibusdam Specialibus Sect. 2.

SECTIO I.

Genuina Thulæ nostræ Descriptio est hujusmodi: Thule est Insula ζ) Oceani Septentrionalis, η) magna θ), firma, ι) inter 64. & 68. gradum latitudinis κ) & inter 353. & 12. gradum longitudinis λ) recentiorum a sita. Adeoque Thule Antiquorum nostra est Islandia.

φ) In Tract. Orb. Tab. 98.

χ) lib. 4. Cosmogr. p. m. 847.

ψ) In Introd. Geogr. c. 20. pag. m. 90.

ω) l. c. p. m. 847.

α) In Syn. Geogr. part. Spec. sect. 2. c. 2. p. m. 501.

β) In Anat. Blefk. part. 2. pag. m. 34.

γ) In Anas. Blefk. l. c.

δ) In Crymogæa. l. 1. c. 8. pag. m. 10. seq.

In Spec. Isl. Hist. part. 1. Sect. 1. p. m. 2.

seq.

*) In Exordio.

ζ) §. 2. 3.

η) §. 4. 5. 6.

θ) §. 7. 8.

ι) §. 10. 11.

κ) §. 13. 14. 15.

λ) §. 13. 16.

B. J.

H. J. J.

μ) l. 4. Rev.
 Geogr. p. m. 139
 num. 10.
 ν) l. 3. Fam.
 Epist. l. p. m.
 607.
 ξ) Ep. 147. ap
 Bochart. In
 Chan. l. 1. c. 4.
 p. 726.
 ο) In Atlant.
 Tab. de Isl.
 p. m. 43.
 π) l. 3. Fam.
 Ep. l. p. m.
 606.
 ε) lib. 9. apud
 Borchart.
 σ) Ad S. 22. In
 stit. h. f.
 τ) l. 6. Annal.
 c. 45. n. 2. &
 lib. 15. Annal.
 c. 41. n. 1.
 υ) In Neron.
 c. 38.
 φ) Tr. de Ins.
 c. 1. n. 31. seq.
 p. m. 23.
 χ) Com. in
 part. 1. Tit. 23
 Panceroli.
 p. m. 48. a.
 ψ) l. 84. ff. D.
 V. O. l. 91. in fi.
 de Leg. 3. l. 98.
 §. 8. de sol. & c
 ω) part. 1. Tit.
 23. p. m. 70.
 α) lib. 14. Ety.
 c. 6. p. 343.
 β) In Comp.
 Geogr. System
 l. 2. cap. 4.
 p. m. 210.

§. 1. Obscuram licet de Thule historiam propter ejus in
 ultima loca remotionem, exclamet Strabo μ) & ob tantam
 Autorum discordiam, nihilo *occultior Insula*, quam veritas ipsa
 videatur Doctissimo Petrarchæ ν) licet etiam juxta Synesium ξ)
 Thule Insula ob nimiam à terra nostra distantiam, multis citra
 reprehensionem, mentiendi potestatem fecerit; Non tamen
 in eam cum ipso Synesio l. c. inclinabimus, sententiam, ut du-
 bitemus, *an Thule unquam extiterit*, vel etiam scribamus cum
 Giraldo apud Mercatorem ο) & Petrarcham π) *nusquam eam*
adhuc dum existere vel comparare. Etenim cum toties institu-
 tæ repetitæque navigationes eam compererint, tanti & tam
 graves, veteres Pariter, atque recentiores Geographi, pluribus
 eam descripserint, Poëtæ etiam præcipuè graphicis sæpius ce-
 lebrarint carminibus, non integrum nobis erit amplius, *de*
Thules existentia dubitare.

§. 2. Notam itaque illam atque celebratam antiquis pari-
 ter atque recentioribus *Thulen*, per Descriptionem nunc ex-
 plicaturi genuinam, *Genus* ejus constituimus *Insulam*; Insulæ
 autem vox, quia aliam atque diversam subinde in Jure & Geo-
 graphia obtinet significationem, paucis hic erit explicanda: *In*
jure enim ex autoritate Festi Pompei ε) uti testatur Borchartus
 σ) item Taciti τ) & Svetonii υ) (ubi *insulas* incendio deletas di-
 cunt adque *Domus*), *domum* notat *ab aliis sejunctam*, id quod
 plures illæ, cumulatim à Gryphiandro φ) & Henrico Salmuth
 χ) adductæ leges ψ), nos edocere possunt & in hoc sensu etiam
 ex P. Victore Pancirollus ω) 4662. insulas & 1780. domos Arca-
 dii & Honorii temporibus Romæ fuisse narrat. *In Geographia*
 verò significat plerumque partem terræ circumfluo mari cin-
 ctam; *Insula* enim juxta Isidorum α) & alios dicitur quasi terra
in salo id est salso s. mari sita; Sed postea indifferenter etiam ad
 quasvis alias in flumine sive lacu sitas terras, insulæ vocabulum
 est adhibitum; Unde optimè à Meyfarto β) definita putatur
 hoc modo: *Insula est terra, omni ex parte aqua circumdata & à*
continenti separata; quam varia verò sit Insularum *Origo* & quis
 earum usus multis exponit Majolus. γ)

§. 3. Atque in hoc sensu Geographico, insulam pro Thulæ ge-
 nere

γ) l. 1. Can. dier. c. 14. p. m. 210.

nere volumus acceptam, Insula enim Thule nostra à veteribus
 pariter Antonio Diogene d) Strabone e) Ptolemæo ζ) Plinio, η) d) apud Phot.
 &c. atqve recentioribus plerisque Celeber: Cluverio θ) Magi- in Bibl. eod.
 no ι) Mercatore κ) & pluribus aliis, Geographis, & habetur & 161.
 denominatur. Atqve dum tanto, tantorum Autorum cum con- e) 2. Rev. Geo-
 sensu, Thulen nostram insulam adferimus, ab eorum recedimus gr. p. m. 79. &
 sententia, qui cum Procopio λ) atqve Ortelio μ) Scandiam sive passim.
 Scandiam Plinii pro Thule venditare malunt, cum Scandiam non Insulam, sed Peninsulam esse, multorum & ipsius Orte- ζ) l. 2. Geogr.
 lii testimonio probaturi simus inferius ν) c. 3. Tab. 1.
 Eur. p. 32. &
 passim.
 η) l. 2. Nat.
 Hist. c. 75. p. m.
 123. &c.
 θ) l. 3. Inter
 Geogr. c. 20. p.
 90. & l. 3.
 Germ. Ant. c.
 99. p. m. 656.
 seq.
 ι) In Geogr. p.
 99 β. & 100.
 κ) In Atlente
 Tab. de Isl.
 pag. 43.
 λ) l. 2. de Bell.
 Goth. p. m. 92.
 μ) In Theatr.
 Orb. Tab. de
 Island. 98.
 ν) S. 51.
 ξ) l. 1. Intr.
 Geogr. c. 10. p.
 m. 32.
 ο) Initio sto-
 tim sue Cosm.
 π) In not. V-
 ber. ad Sax.
 Gram. p. m.
 183. E.
 ς) De Clar.
 Rhet. p. m. 20
 & II.
 ο) In pref. l.
 8. Methef.

§. 4. Nostra autem hæc insula, non fluvii alicujus circum-
 funditur brachiis, sed vastissimo concluditur Oceano. Ideòq;
 in definitione *Insulam Oceani Septentrionalis* diximus; Notat
 autem aliàs, *Oceanus totum mare*, vel omne id aquarum, quod
 prout Cluverius ξ) loquitur, terris passim infusum universum
 orbem ambit; Et inde etiam est, quod veteres Geographi ac
 Mathematici tradiderint, Oceanum terram undiqve veluti in-
 sulam circumfluere; Uti exinde Dionysius Afer ο) apud Step-
 hanum Stephanium π) Oceanum describit hoc modo:

μήσομαι ὠκεανὸν βαθυρόν; ἐν γὰρ ἐκείνῳ
 πᾶσα χθὼν, ἀτε νῆστος ἀπέριτος ἐσφάνεται
 Id est.

Memor ero Oceani altiflui; In illo enim
 Tota terra veluti insula intermina cincta est,

Et eo in respectu Seneca ς) quoq; Oceanum totius *Orbis vin-*
culum appellat, Firmicus σ) Oceanum undarum suarum circum-
 fusione, terræ spactum *in modum Insulae* concludere dicit; atq;
 inde etiam est quod Oceanus apud Steph. Stephanium τ) Ed-
 dicè *annulus* vel *zona* regionum & insularum dicatur. Sed hæc
 aliis discutienda relinqvimus; Vastus autem ille Oceanus va-
 ria atque diversa sortitur nomina; Ac primum quidem à posi-
 tione cæli sive quatuor mundi regionibus Oceanus, appellatur
 vel *Orientalis* s. *Eous*, vel *Occidentalis* s. *Occiduus*, vel *Australis*
 s. *notius*, vel *Septentrionalis* à Septentrionibus. Deinde & ali-
 as quam plurimas, à regnis, regionibus, fluviis, Insulis gentibus
 Urbibus, rerum eventibus & casibus, accolarum moribus &
 propria deniqve Oceani qualitate, accipit adpellationes, uti

ς) l. c. p. 183. lit. F.

hæc

v) *Introd.*
Geogr. l. 1. c.
 10. p. m. 32. seq
 φ) *In Hydr.*
 12. seq. p. *En-*
cyclop. 1405.
 seq.
 χ) *In Brev.*
Orb. Ter. p. m.
 26. seq.
 ψ) *In comp.*
Geogr. Syst.
 l. 2. c. 1. p. m.
 171. seq.
 ω) *l. 2. Rer.*
Geogr. p. m. 79
 n. 40.
 α) *l. 1. Rer Ge-*
ogr. p. m. 43.
 n. 20. & l. 4.
 p. m. 139. n. 10
 β) *l. c. Geogr.*
 & l. 8. *Geogr.*
 c. 2. tab. 1. *Eu-*
rop. &c.
 γ) *l. 4. Histor.*
Nat. c. 16. p.
 m. 199.
 δ) *c. 35. Polyh.*
 p. m. 168.
 ε) *l. 3. de situ*
Orb. c. 6. n. 60.
 p. m. 57.
 ζ) *In Agric. c.*
 10. n. 6.
 η) *l. 1. Rer Geo-*
gr. p. m. 71.
 n. 30.
 θ) *In Erndi-*
tiss. sua ad Pto-
lem. Libr Ge-
ogr. prefatio-
ne.
 ι) *l. 1. Discuss. Histor. c. 23. n. m. 158. It. In Chorogr. Dan. Descr. p. m. 742. κ) De Dan. & Norvv:*
sit. ap. Pont. l. c. λ) l. 4. Nat. Hist. c. 13. 2. m. 197. μ) c. 30. p. m. 153. ν) l. 1. Intr. Geogr. c. 10. 13.

hæc proluxius prosequuntur Cluverius v) Altstedius φ) Bertius
 χ) Meyfartus ψ) & Geographi alii.

§. 5. Ac proinde Thule Septentrionalis Oceani nostra dicta
 fuit Insula, ne in alio aliter nominato apprehenderetur; Præve-
 re enim hic nobis Veteres Geographi pleriq; Strabo ω) qui in-
 ter alia, quæ alibi α) scribit Θάλην τὴν βορραιοτάτην καὶ ὑστάτην, Thulen
 Insulam septentrionalissimam ultimam, nominat, Ptolemæus
 passim β) Thulen tanquam Oceani Septentrionalis insulam de-
 scribit eamque ultimam appellat. Quorum vestigia legunt
 Plinius γ) Solinus δ) Pomponius Mela ε) atque alii, qui præter-
 quam quod satis apertè in Septentrionem eam collocent *ultra*
Thulen pigrum esse atque concretum mare, (quod utique Septen-
 trionale est) adfirmant; Etenim propter intensum in septen-
 trione frigus, mare illud glacie concrevit quasi & incrustatur,
 motumque vel planè nullum subinde vel ob frustorum ex gla-
 cie fracta molem, tardum admodum habet atque lentum; Et
 ideò etiam Tacitus ζ) mare ultra Thulen, *pigrum* simul nuncu-
 pat atque immotum. Unde apparet, non adeò falsum atque
 mendacem habendum atque proclamandum fuisse Pytheam,
 apud Strabonem η) & Celeberr: Bertium θ) quod ad Thulen
neq; terram ibi porro esse, neq; mare, neque aërem, sed quicquam ex
his concretum pulmonis marini simile &c. cum illud sentiente no-
 biscum Clariss. Pontano ι) per glacierum grumas & frusta, quæ
 eidem mari innatant commodè exponi possit, cum præsertim
 quod hic Pythææ *mare pulmonium* esset, illud ab Adamo Bre-
 mense κ) vocabulo boreæ gentis *Lebersee* s. *mare jecoreum* appel-
 lari, legamus.

§. 6. Et quanquam & ipse Septentrionalis Oceanus, quod
 ex Plinio λ) Solino μ) & Geographis etiam citerioribus disci-
 mus, variis iterum distingvatur nominibus; Atque à certis po-
 pulis atque regionibus modo *Amalchium* (quod dicti Autores
 ex gentis illius lingua interpretantur, *congelatum mare*), mo-
 do *Marimorusam* (quod *mortuum* dicunt ob perpetuam caligi-
 nem, uti notat Celeberr: Cluverius ν) & alienum molliorum si-
 derum inibi adspectum) modo Cronium appellatur (vel *ἀν-*
τάρης

ο) *l. 1. Discuss. Histor. c. 23. n. m. 158. It. In Chorogr. Dan. Descr. p. m. 742. κ) De Dan. & Norvv:*
sit. ap. Pont. l. c. λ) l. 4. Nat. Hist. c. 13. 2. m. 197. μ) c. 30. p. m. 153. ν) l. 1. Intr. Geogr. c. 10. 13.

stella fit, apud Plinium & id quod placet etiam Cælio Rhodi-
gino & à Camerte (= pluribus Poëtarum testimoniis compro-
batur vel à Gronelandia, quod malunt Dalechampus & cum
ipso Cluverius & Hornius & Gryphander & qui sunt alii).
Et licet etiam aliter adhuc mare illud appellent, tamen quia
totus etiam Septentrionalis Oceanus, ut nos denuò docet
Laudat: Cluverius & illis antiquiorum nominibus venire so-
leat, sufficit nobis, Septentrionalis Oceani Insulam, Thulen
nostram indigitasse.

§. 7. Verum magis magisque ut determinemus nostram
Thulen, *magnam* indefinitione dicimus *Insulam* atque *firmam*;
Et magnam utique describit Ptolemæus & quando per quatuor
fermè, imò juxta alios per quinque gradus in longitudine &
per tres fermè gradus in latitudine extendit, cum tamen accu-
ratam ejus non habuerit cognitionem, & dum ex parvarum in-
sularum numero eandem eximit Præclarus Strabo & magnam
simul subinnuit; Procopius & Thulen decuplo majorem Britan-
nia esse tradit, consentiente Johanne Magno & apud Olaus
Magnum. Sed cum pro Thule Scandinaviam falsò apprehen-
dant, hic non erunt attendendi. *Capitalem* autem *Insulam* &
Hiberniâ haud multò minorem veteribus fuisse habitam, ex il-
lo Plinii & ubi ex Norvvegia in Thulen sæpius navigatum tra-
dit, colligit Clariss. Pontanus. & Et ex nostra sententia Thulen
cum Minsterio & Adam Bremense & aliis duplo majorem
Sicilia adserimus; Sicilia autem juxta ipsum Münsterum & mil-
liaria Germ: 150. in ambitu suo habet, quæ verò duplicata, quàm
commodè Islandiæ amplitudinem exhibeant ex doctissimo
Arngrimo Jona & sequentibus est colligere.

§. 8. Dum autem certioribus eam definire student limitibus,
ejusque magnitudinem exprimere exactius, mirum in modum
variant Autores: Meyfartus & dum per quindecim tantum me-
ridianos eam in longitudine extendi supponit, eosque istius lo-
ci elevationi proportionatos ad milliaria reducit per 90. tantum
mill: Germ. in longitudine insulam porrigi, statuit. Maginus
& ex ipso Alstedius & Fournier & c. quod propè centum

C

847: §) libro de situ Dan. ap. Pont. l. c. p. m. 747. n) l. 2. Cosm. p. m. 380. §) In Com. de Isl. p.
•. i) l. 1. Geogr. c. 8. p. m. 124. x) In Geogr. de Isl. p. m. 100. λ) l. 3. Geogr. c. 2. p. m. 1429.

g) l. 2. Nat. hist. c. 8. p. m. 66.
o) l. 6. Ant. lect. c. 2.
π) Com. in 302 lini c. 30. p. 153.
ε) Com. in l. 4. c. 13. Plin. p. m. 197.
σ) In Ant. Germ. c. 39. p. m. 660.
τ) In Geogr. Antiq. p. m. 17.
υ) In Tract. de Ins. c. 4. n. II. p. m. 56.
φ) In Intr. Geogr. c. 10. p. m. 32. 33.
χ) l. 2. Geogr. c. 3. Tab. 1. Europ. p. m. 32. β.
ψ) l. 4. Rer. Geogr. p. 138. & p. 139.
ω) l. 2. Bell. Goth. p. m. 92.
α) l. 8. Hist. sue. In Vit. Hattonis.
β) l. 1. de ritu Gent. Septem. ad cap. 5. p. m. 101. seq.
γ) l. 4. Nat. hist. c. 16. p. m. 200.
δ) In Chorogr. Dan. Descrip. pag. m. 753.
mil. ε) l. 4. p. m.

milliaribus in longitudine extendatur; Ortelius ξ) Mercator ζ)
centum milliaria exprimunt; Olaus magnus θ) Cranzius π) &
David Chytræus ϵ) à gradu 352. *ultra centum milliaria* versus or-
tum porrigi scribunt; Eberhardus Schultesius σ) *centum & de-*
cem milliarium ejus longitudinem constituit; Arngrimus Jo-
nas (modò recte intellectus) apud Mercatorem τ) 140. Alibi ν)
XX. *Dagleider* s. dierum itinera. Gölntzius ϕ) deniq; 144. mill:
Germ: insulæ longitudinem determinat. Verùm in tanta Au-
torum discrepantia, si nobis etiam hîc discrepare liceret, Insu-
lam, quia per XX gradus extensam esse posuimus χ) *per 120. mill:*
Germ: in longitudine porrectam esse diceremus; Tantam enim
65. parallelus (qui Insulam transit per tot gradus continuus
juxta Pinacidion Appiani apud Alstedium ψ) Meyfartum ω)
Schævium α) aliosque expressum, exhiberet.
§. 9. *Latitudinem* verò Insulæ Arngrimus Jonas β) *quatuor*
dierum itinere determinat; At cum & ipsa dierum itinera, va-
rient, teste ipso Arngrimo, l.c. & latitudo etiam insulæ non sit
ubiqve eadem, discrepantem etiam circa eam ducunt calculum
Autores: Georgius Fournier γ) Insulam secundum *latitudinem*
esse 170. *minutorum* Geographicorum, sive 42. mill: Germanic:
Majore tamen cum consensu Autores pleriqve Maginus δ) Or-
telius ϵ) Schultesius ζ) & plures latitudinem Islandiæ propor-
tionatâ 60. *milliarum* Germ. constituunt. Gölntzius η) & Mercator
verò l.c. considerantes quod per 5. gradus insula in latit: porri-
gatur 65 *milliaria* ponere malunt, & nos cum ipsis. Et quanquam
ambitus Insulæ, uti fatetur Jonas θ) non sit exactè cognitus il-
lum tamen, ex veteri fama & opinione 144. *mill: Norvegicorum*
adferit, quæ, quia duplicata, *Germanicis* 288. respondent, vide-
mus, quàm nō à verò multū abludat laudat Münsterus: Insulæ
nostræ amplitudinē Sicilia geminatâ, attribuens. Unde etiam
apparet, nos non facere cum iis, qui vel *Ylam* Scotiæ vicinam
vel *unam Orchadum* l. Insularum farrensiū unam & c. pro Thu-
le arripiunt; *Parvæ* enim sunt insulæ, nos Thulen statuimus
magnam.
§. 10. Et *firmam* quis non crederet, qui tam magnam conspi-
catus est; Sunt equidem per plures insulæ, non in lacubus tan-
tū & stagnis, sed in fluminibus etiam & mari ipso, quæ non
firmiter in uno loco consistunt, sed perpetuò fluitant, unde et-

jam

jam natantes & fluitantes peculiari nomine apud Gryphian-
 drum*) indigitantur; In lacubus autem & stagnis hujusmodi
 insulas conspici, pluribus probat exemplis Plinius λ) Inter alia
 in lacu Vadimonis, insulam sylvis opacam natare dicit, quæ
 nunquam die ac nocte eodem loco visitur. Imò non unam sed
 plures hujusmodi in illo lacu esse, testatur Majolus μ) earumque
 naturam & affectiones pluribus explicat. Et in *Nymphæo Lydiæ*
 lacu Calaminas Insulas sive saltuare (easdem enim esse Dale-
 champius ν) annotat) quæ saltrices etiam dicuntur & saltares
 apud Vadianum ξ), reperiri tradit ibidem; quæ non tantum jux-
 ta Pliniū ο) ventis & contis impelluntur & in Symphonix cantu
 ad ictus modulantium pedum moventur, sed etiam quæ fabula
 apud Martian: Capellam π) est, in medium stagnum proceden-
 tes, ad cantum tiliarum primò in circulum motæ, dehinc ad li-
 tora revertuntur, uti pluribus etiam hæc persequitur Vadianus,
 ρ). Et hujusmodi *fluctuans Insula* apud Pompon: Melam σ) clara
 est *Insula Chemnis*; hæc n. lucos sylvasque & grande sustinens Apol-
 linis templum, natare & quocumque venti agunt, pelli dicitur;
 Quæ de *arundineto in Gallia* natante, ubi pisces per foramina ex
 terra eruuntur ex Pomponio Mela τ), quæ etiam de aliis hu-
 jusmodi Insulis, ex aliis Autoribus adfert Gryphiander υ) lu-
 benter præterimus; Illam tamen his adnumerare non piget,
 quam in Borussia Patria mea non procul à vico Barthen in sta-
 gno aliquo *fluitantem conspexi ipse*, quæ & nemorosa & gramine
 luxurians, multis & sustinendis & alendis animalibus est idonea.

§. II. Et in fluminibus etiã natantes hujusmodi insulas, imò in
 mari ipso reperiri, nō ex legibus tantum, quas φ) adducit Gryphi-
 ander χ) probari potest; Sed ex ipso etiam Plinio ψ) & Macro-
 bio ω) ad stipulante Majolo z) evidentissimè colligitur: Plinius
 enim l. c. refert, quod hujusmodi *insule arboribus vastæ*, sæpè
 classes Romanas, noctu terruerint, quodque adversus arbores
 ex errore sæpè navale prælium inierint Romani. Macrobius l. c.
 his verbis utitur: *Insulam Pelagi -- invenerunt: Amplissimus e-*
nim cespes, -- coacta compage virgultis & arboribus in sylva li-
centiam comptus, jactantibus per mare fluctibus, vagabatur, ut si-
des ex hoc etiam Delo facta sit, quæ celsa montibus, vasta campis,
tamen per maria migrabat. Atque dum ex harum numero ex-

*) Tract. de In-
 sul. c. 6. p. 78.
 seq.
 λ) l. 2. Hist.
 Nat. c. 95. p.
 m. 120.
 μ) l. 1. Can.
 Dier. Coll. 14.
 p. m. 474.
 ν) In Com. l. 2.
 Plin. Hist.
 Nat. cap. 95.
 p. m. 121.
 ξ) Com. in
 Pomp. Mel.
 p. m. 57.
 ο) l. 2. Hist.
 Nat. c. 95.
 p. m. 120.
 σ) l. 3. c. 12.
 p. m. 160.
 π) l. 9. p. m.
 100. seq.
 ρ) l. c. p. m. 57.
 σ) l. 1. de sit.
 Orb. c. 9. n.
 40. p. m. 12.
 τ) l. 2. de sit.
 Orb. c. 5. n. 50.
 p. m. 39. &
 Voss. in l. c.
 p. m. 181.
 υ) l. c. c. 6.
 p. 78. 79.
 φ) l. 65. §. 2.
 de A. R. D. §.
 22. Inst. de
 rer. Div.
 χ) Tract. de
 Ins. c. 8. p. 43.
 seq. pag. m.
 78. 79.
 ψ) l. 16. Nat.
 hist. c. 1. p.
 m. 694.
 ω) lib. 1. Sa-
 turn. c. 7. z) Lib. 1. Can. Dier. Coll. 14. p. m. 474. 475.

emptam voluimus nostram Thulen, *firmam* comprobante experientia, diximus in descriptione. y)

y) Cap. 2.
Sect. 1. supra.
a) In Com. de
Isl. part. 1.
Sect. 1. p. m.
5. a.
β) l. 4. de Germ
p. m. 814.
γ) l. c. p. m. 5. β
δ) In not. ad
Appian. p. m.
145.
ε) In Chron.
Sax. p. m. 90.
ζ) In Chron.
Sax. p. m. 122.
η) In Geogr.
p. m. 100. β.
θ) De Orb.
rer. part. 208.
ι) l. 3. Geogr.
c. 2. p. m. 1428
κ) l. 1. Geogr.
Gen. Sect. 3. c.
8. p. m. 76.
λ) l. 2. c. 24.
p. m. 458.
μ) part. 1. Geogr.
l. 1. c. 11.
p. m. 19.

§. 12. Atque hæc hæc hactenus, de GENERE, & quæ ad illud referendæ erant *differentiis communibus* nostræ Thulæ. Quam itaque ut accuratiore delineemus penicillo, differentiam propriam seu *Individuificam quasi eius formam* nunc expendimus; Illam autem indigitatam voluimus, quando insupra posita descriptione Thulen nostram *inter 64. & 68. gradum latitudinis & inter 353. & 12. gradum longitudinis sitam* esse adseruimus. Quamnam verò differentia illa propria Insulam & locum in Oceano Septentrionali designet, ex tabularum accuratiorum inspectione, & propria, (si cui contigerit) Observatione, erit perspicuum. *Islandiam* videlicet, quia *Islandia* est differentia, designat, *Islandiam* quoque Antiquorum Thulen volumus, & in sequentibus probamus.

§. 13. Variant equeidem aliquantulum Autores, præsertim ultteriores in *longitudine & latitudine*, Islandiæ assignanda: Zieglerus enim apud Arngrimum Jonam a) *inter 20. & 30. gradum longitudinis & inter 63. & 69. latitudinis Islandiam* locat. Münsterus β) *longitudinem eius ponit 20. & latitudinem fere 68. gradum* Reinholdus apud Laud. Jonam γ) *Latitudinem per Holen Islandiæ 68. graduum*; Johan Myritius (modo non menda sit) apud eundem Jonam *per medium Islandiæ latitudinis gradum 69½* numerat. Gemma. Frisius δ) *medium Islandiæ 7. gradum longitudinis & 65. latitudinis intercipere*, prodidit. Cranzius ε) & Chytræus ζ) *cum aliis longitudinem à 352. gradu, & latitudinem ad 68. gradum numerant*. Maginus η) *inter 65. & 69. gradum latitudinis insulam collocat*. Neander θ) Alstedius ι) Varenius κ) Fournier λ) & recentiorum plures, *per mediam fermè Islandiam, circulum arcticum transire* scribunt. Adhibitis proinde ceterioribus, ac majori cura institutis, observationibus, globis & mappis quoque recentioribus & magis accuratis, illam proportionem aliqua ad adductas *moderatam*, constituimus Islandiæ sive Thulæ nostræ *longitudinem ac latitudinem*.

§. 14. Atque hic, sua nobis succenturiantē habemus experientiam, Arngrimum Jonam ipsum Islandum. Ipse enim Schalholtia ubi sedes Episcopalis meridionalis Islandiæ est, vel etiam Bessafstedii

stedii, ubi Præfecti est residentia 64. graduum & aliquot minutu-
 torum latitudinem à se observatam scribit μ); Holis verò, quæ
 Borealis Islandiæ sedes Episcopalis est, latitudinem 65. graduum
 44. minutorum, & longitudinem $1\frac{0}{3}, 3\frac{1}{0}$ circiter, esse deprehen-
 sam. Pontanus ξ) equevidem Insulæ hujus latitudinem dum
 Ptolomaicæ attemperare studet, aliquantum *constringit & de-*
primit; quia tamen non multum in ista controversia latitudi-
 nem istam attendere vult ipse, \circ) facilem hic nobis promitti-
 mus, præcipuè si compererit, illud nos, jam in tanta latitudine
 obtinuisse, quod ipse intendebat.

μ) In Anar.
 Blesk. part.
 2. p. m. 36.
 ν) Ibidem
 in Crymog.
 lib. 1. c. 1. p.
 m. 7.
 ξ) In Chorogr.
 Dan. descrip.
 p. m. 748. 749
 \circ) l. c.

§. 15. HELENA itaque hujus belli, & contentionis benè anno-
 pomum erit: *Longitudinem ac latitudinem loci in descriptione da-*
tam & hætenus explicatam Thulæ Antiquorum adsignandam esse,
 & quod ex eò consequitur: THULEN. Antiquorum nostram esse
 Islandiam. Quam verò HELENAM, ut illegitimis eripiamus com-
 plexibus, & citra incendium Trojanorū legitimo thoro vendice-
 mus, auxiliares advocabimus *totius Græciæ milites*, qui nobiscū
 pro nostra pugnabunt Helena, Trojanosq; expugnabunt; Vel,
 quod explicatius loquimur: Hanc nostram sententiam, ut à
 falsis opinionibus, citra gravium ac magnorum Autorum of-
 fensionem liberemus, & in veritatem adseramus, omnium eru-
 ditorum mediâ, *autoritatem & rationem* adhibebimus, his e-
 nim & nostram obtinebimus sententiam, & revellemus adver-
 santes. Sed ut pugnam aggrediamur feliciter, & victoriam cele-
 rius consequamur, *Ducem exercitus* seligimus Ptolomæum,
 Veteranum & in hoc genere belli exercitatisimum. Verum
 quia non ubique sat cautum vel fidum etiam nobis promittere
 possumus (metuentes nimirum, ne nos totus deserat alicubi, & in
 hostium castra transfiliat) alios ipsi socios prudentes, scientia
 simul atque experientia edoctos, adjungere volumus. Neque
 iis proinde præliabimur armis, quibus aliàs ut ut subinde nimis
 tutis, suos instruere solet milites, latitudine scilicet atque lon-
 gitudine cujusque loci determinata, cum præsertim noverim-
 mus (& ex inferioribus π) constabit) quam & ipse *fidis Magi-*
stris & solida experientia destitutus, imperitè sapius & impru-
 denter, hoc armorum genus tractaverit; Quis enim vel in limi-
 ne non statim animadvertit, *quàm malè* 63 graduum latitudi-
 nem

π) l. c. p. m.
 754.
 ϵ) §. 48. 49.
 seq.

σ) l. Geogr. c. 3. tab. 1. Eur. τ) l. 1. Geogr. c. 20. p. m. 18.

nem, quam Thulæ tribuit σ) & XXI. parallelus τ) quem per Thulæ ultimum ducit, cohæreant, cum iste parallelus ad 55. latitudinis gradum tantum pertingat: Et quanquam nihilominus sese illis ipsis & hîc benè munitum fore, confidat Pontanus, præsertim cum Ptolomæus Thulæ latitudinem 63. graduum, Islandiæ meridionali (uti ipsi videtur) constituerit communem; Nos tamen qui & *aliam latitudinem, & longitudinem aliam*, Thulæ Insulæ tribuendâ arbitramur, *aliis instructi armis* pugnabim⁹.

υ) l. 2. Geogr. c. 3. tab. 1. Eur. pag. 32.

§. 16. *Longitudinem* equidem *aliam* Thulæ Insulæ constituendam esse, sine magno obtinebimus conflictu. Idq; vel ex eo saltim, quod in conspectu nobis sit, quam sese propriis miserè configant gladiis, Ptolomæus υ) & qui cum ipso hic adversus nos pugnant; Istam enim dum Thulæ longitudinem à 29^o ad

φ) l. 2. Geogr. c. 11. Tab. 4. Eur. p. m. 52.

31^o. vel uti editiones quædam habent 33. gradum protensam, propugnant, & deinde eandem etiam longitudinē Ptolomæus

χ) In Theatro Tab. de Scand.

φ) & maximè moderni, accuratioribus Septentrionalium Regionum observationibus instructi Geographi, Ortelius χ) Ma-

ψ) In Geogr. Tab. de Scand p. 95.

ginus ψ) Mercator ω) & c. Scandinaviæ s. Scandiæ attribuunt, vehementer adversus sese ipsos pugnant, & 1. Thulen cum Scan-

ω) In Atlant. Tab. de Scand.

dinavia *continentem* faciunt, & 2. Thulen cum Scandinavia *confundunt*. Cum tamen *Thulen Insulam* esse, omnium fermè cum

α) §. 2. 3.

consensu ostensum est supra. α) Et tam à Ptolomæo ipso β) quam

β) l. citatis.

à reliquis pariter antiquis, (præter Procopium γ) Scriptoribus

γ) l. 2. de Bell. Goth. p. m. 92. seq.

ac recentioribus (præter Ortelium δ) Geographis, à Scandinavia distinguatur. *Aliam proinde* Insulæ huic longitudinem esse

δ) l. c. Tab. 98.

adsignandam, haud facilè negabitur; *Illam autem* quam nos

ε) Infra §. 30.

Thulæ Insulæ tribuimus *longitudinem* eligendam atq; ample-

ζ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

ctendam esse, tum erit evidens, quando, quæ latitudo ipsi com-

η) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

petat & quam sit Islandiæ conveniens, imò Islandiæ ipsius lati-

θ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

tudò fuerit evictum ε).

ι) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

§. 17. Pro latitudine itaq; Thulæ tanta, quantâ habet Islandia, pugnaturi, PRIMUM TELUM, idq; *sat validum* atq; *firmum* ab ipso accipimus (quanquam ex parte incio) Ptolomæo, *estq; parallelus idem* Thulæ antiquorum & Islandiæ conveniens; De quo sic Ptolomæus: ζ) Η εν Ευρώπη Σαρματία περιείζεται από μὲν ἀρκτον, τῶ δὲ Σαρματικῶ Ὠκεανῶ κατὰ τὴν ἑσπερικὴν κόλπον καὶ μέχρι τῆς ἀγίας γῆς --- ἢ κατὰ τὸν ἀπὸ θάλασσης παράλληλον, παραλίω θέσει, τῆς τε τῆς θαλάττης τῆς ἐγνασμένης ξβζ ξγ. i. e. *Sarmatia* quæ in Europa est, definitur à Septen-

κ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

trio-

λ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

μ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

ν) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

ξ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

ο) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

π) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

ρ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

σ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

τ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

υ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

φ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

χ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

ψ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 7.

trionibus Sarmatico Oceano juxta Venedicum sinum & parte terre
 inognita --- Situs litoris, quod est per parallelum, qui per Thulen
 scribitur, hoc est finis maris cogniti 62. 63. Certè melius & solidius
 telum s. argumentum pro latitudine Islandica obtinenda, vix no-
 bis subministrari potuit, quam hoc ipsum, ubi eundem eumq;
 ultimum Orbis cogniti parallelum per Sarmatiæ simul Euro-
 pææ Oram maritimam & Thulen Insulam ducit. Certissimum
 enim esse & apud Geographos decantatissimum principium:
Eundem parallelum, utpote qui ubiqve ab Æquatore distat æqua-
 liter, eandem ubiq; obtinere latitudinem. Verum cū Septemtriona-
 lia nostra teste Clariss. Bertio ⁿ⁾ accuratiori observatione Pto-
 lemæus homo Græcus non habuerit explorata adeoq; nec cer-
 tum nobis locum, per quem parallelum illum ductum voluerit,
 denominare potuerit, accuratiores nobis *notandæ erunt* nostra-
 tium observationes, & descriptiones litoris istius Rusii exactio-
 res inspiciendæ.

n) In Erndi-
 tiss. sua ad
 Ptol. Geogr.
 Prefat.

§. 18. Sarmatiam autem Europeam Celeberr. Cluverius ⁹⁾ & alii, inter Obium fluvium & Granvicum sinum in-
 tercludunt. Bertius ^{*} verò cum aliquibus à freto tantum Wai-
 gatz usq; ad promontorium Candinos, eam porrigi scribit; Si
 jam in terminis promontorii istius consistentes, in mappa Geo-
 graphica rectà descenderimus ad meridionalissimum litoris
 istius Rusii *parallelum per sinum*, in quem se Mezena fluvius exo-
 nerat, (non procul urbe Lamphas) ductum, ad oculum nobis
 patebit, quam exactè 65. latitudinis gradum Islandiæ communè,
 intercipiat. Vel si sumamus *Capo de B. Fortuna* ad sinum Gran-
 vicum vel suspicemur *lacum illum magnum*, ad Urbem Pustezora
 à Ptolomæo l.c. apprehensum, & ibi parallelum illum Ptol-
 omæi transire putemus, videbimus iterum Sarmatiæ istius litus,
 ad 66. graduū (& si quid excedit,) latitudinem Islandiæ convenien-
 tem, esse elevatum. Si per litus *Cap. de Baso*, quod 67. latitudinis
 gradum fermè attingit, vel per *sinum* apud Urbem *Medynske*,
 qui 67. latitudinem superat, parallelus ille ductus fuerit, non-
 dum nobis alienam ab Islandiæ latitudine, latitudinem exhi-
 bebit; Nec aliud probabit, *litoralis* istius sinus, *latitudo*, qui apud
 Fretum Nassovium terræ sese insinuat; Uti hæc omnia ex accu-
 ratoribus, ^{λ)} Recentiorum Ortelii, ^{μ)} Vischeri ^{ν)} Blayvi, ^{ξ)} Cluve-
 rii

9) l. 4. Intr.
 Geogr. c. 21.

p. m. 245.

*) In Geogr.

p. m. 224. seq.

*) In Brev.

Orb. Ter. p.

no. 63.

λ) Thea. Orb.

Tab. de Eur.

μ) Tab. Vrsal.

ν) Tab. de

Eur.

ξ) Tab. de Re-

gion. sub Pol.

arctic.

d) Tab. Un-
vers. & Tab.
de Eur.
π) l. 3. Germ.
Ant. c. 39.
p. m. 657.
658.
e) l. c. p. 656.

rii) aliorumq; tabulis Geographicis inspicienti patebunt. Et si deniq; *extremum* sumpserimus, extremi Rusiæ litoris *parallelum* per ipsum *Capo* s. Promontorium *Candinos*, vel juxta *Celeberr. Cluverium* π) per *Nassovium fretum* ductum, qui 69. & 70. gradum intercudit, majorem nihilominus deprehendimus cum Islandiæ latitudine convenientiam, quã ullius insulæ pro *Thule* hæcenus in 63. latitudinis gradu, creditæ. Merito proinde hic cum *Celeberr. Cluverio* e) notamus: *Ptolomæum* haud perinde *falsum* habuisse *Magistrum*, quando *Sarmatiæ* litus atq; *Thulen Insulam*, uno subesse *parallelo* scripsit, quã, quod gradum latitudinis huic *parallelo* attribuit *sexagesimum tertium*; Hæc namque ratione *Sarmatiæ* istius *litis*, juxta *Rusiæ* *Oppida* *Waga*, *Divina*, *Weliki Permen*, *Stupoli*, &c. fingendum esset, quod *tabulas exactiores* inspicienti, vel ipsam etiam *loci latitudinem observanti*, fictum simul erit atq; falsum.

σ) In Biblio.
Cod. s. mem.
CLXVI. p. m.
354.
τ) In Chronol.
ad An. Chr.
858. p. m. 556.
β.
υ) l. c. Imem.
166. p. m. 362.
φ) l. 2. hist. c.
108. p. m. 131.

§ 19. Et diversum ab hoc argumento non est, quod ex Antiquissimo Scriptore Antonio Diogene, de *Diniæ* aliorumque in *Thulen* peregrinatione, nobis facit reliquum eruditione & sapientia simul Vir celebris (uti *Calvisio* τ) celebratur) *Photius* σ) *Dinias* quidam nomine, inquit, unã cum *Filio Demochare* *Patria profugus*, per *Pontum* & à *Caspio* atq; *Hyrcaño* τ) *mari* ad *Riphæos*, ut vocantur, *montes* & *Tanais fluminis ostia* primum delati: *Ingentibus* deinde *adacti rigoribus*, ad *Scythicum Oceanum*, atq; hinc ad *Orientalem* tendentes, ad *Solis orientis partes* venerunt. *Unde circulo facto* exterius *mare* longo tempore, *variusq; erroribus circumiêre*. -- Atq; in *Thule* deniq; *Insula* stationem interim errorum quãdam constituerunt. *Ubi*, si à *Riphæis montibus* ad *Oceanum Scythicum*, si inde ad *Orientalem* est perventum, *parallelus* utique non 63. tantum, sed multò etiam *major* fuit observatus; si deindè per *circulum* reversi, post multos & diuturnos errores in *Thule* substiterint *navigantes*, cur non *Islandiam* concluderemus, cum præsertim, (quod infra etiam notabimus) ultra *Thulen* illam, diem unius ac plurium mensium fuisse observatum, notanter scribat *Photius* υ).

z) Supra §.
17. 18.

§. 20. Sed majori adhuc nobis hîc occurrit subsidio *Plinius* φ) *idem* nimirum, quod *Ptolomæus* z) nobis subministrans *relatum*, dum *Sarmatarum* fines & *Thulen Insulam*, pari latitudinis inter-

tervallo, interclusa describit: *Ab ostio inquit Tanais, nihil modicum diligentissimi Autores fecerunt; Artemidorus ulteriora incomperata existimavit, cum circa Tanaim Sarmatarum gentes degere fateatur ad Septentriones versas. Isidorus adjicit XIIIC. M. L. (passuum scilicet) usque ad Thulen, quae conjectura divinationis est; Ego non minore quam proximè dicto spatio Sarmatarum fines nosci intelligo. Ubi dum illud inter Tanain fluvium & Thulen insulam ab Isidoro constitutum intervallum comprobatur, & ultimis Sarmatarum terminis convenire adfirmat, non tantum eundem Thulæ insulæ & Sarmatiæ terminis constituit parallelum, sed ad eundem etiam latitudinis gradum superius ψ) ex Ptolemæo deductum, extendit. Quum enim 60000. passus communiter, vel juxta Ptolemæum ω) apud Milichium α) 63500. passus unum exæquent gradum, facilis ac justus est calculus, duodecies centena millia β) passuum, XIX. vel XX. (minutiis non attentis) conferre gradus, qui si addantur istis quinquaginta gradibus, quos cum Celeberrimo Cluverio γ) & alii Tanais ostiis adsignant, LXIX. vel LXX. latitudinis gradus producuntur. Aut si magis volupe, quia magis est conveniens, Artemidori hypothesein adhibere, qui apud laud: Milichium l. c. & Varenium δ) uni gradui circuli cælestis in terra respondere adserit 87500. passus, videbimus ex illis ab Isidoro & Plinio supra expressis 1200000. passibus, XIII. gradus exsurgere; qui additi LIV graduû latitudini, quam Ptolem: ϵ) Tanais ostiis adscribit, exhibebunt nobis LXVII. latitudinis gradum; Quæ cum non tantum attingat, verum etiam excedat Islandia, ζ) evidens nobis evadit, quam Antiquorum Thule cum nostra Islandia, in latitudine conveniat egregiè; Tantum proinde hic nobis obesse non potest, superioris calculi excessus, quin optima consequentia (supposita donec probetur η) longitudine) Thulen veterum, hodiernam esse Islandiam concludamus; excessus etenim ille exiguus, (quem diversa saltem producit hypothesis) facilius atque felicius cum Islandiæ latitudine, quam ullius Insulæ, hætenus pro Thule venditæ, conciliari potest.*

§. 21. Et certè mirari subit, quod adeò exactè apud Strabonem α) Pytheas Massiliensis, qui ipse Insulam lustraverat, Thule latitudinem eam deprehenderit, consignaritque, quam nunc non

D

verimus

ψ) §. 19.

ω) l. 1. Constr.

α) Com. in l. 2.

Plin. c. 108.

p. m. 465.

β) 1200000.

γ) l. 3. Germ.

Ant. c. 39. p.

m. 658.

δ) Part. 1.

Geogr. l. 1.

p. m. 37.

ϵ) Lib. 3. Geo-

gr. c. 5. Tab. 7.

Europ. p. m.

69. a.

ζ) supra §. 13.

η) infra §. 30

α) l. 2. Rer.

Geogr. p. m.

78.

verimus esse Islandiæ: Thulen enim postquam Insularum *Septentrionalissimam* dixerat, & *ultima* ibi esse, quæ habitantur, plenius & magis accuratè de ejus situ ita differit: *πάρ' οἷς ὁ αὐτός ἐστὶ τῷ ἀρκτικῷ ὁ θερινὸς τροπικὸς κύκλος* seu: *Ubi* (videl. in Thule) *tropicus æstivus arctici vicē gerit*. Quod sua repetitione approbare videtur Strabo *b) ὅπου ὁ θερινὸς τροπικὸς ἀρκτικὸς γίνεται* seu: *Ubi tropicus pro arctico est*; Notum n. est ex doctrina spherica, ap. Mæstlinum *c) Feldium d) Alstedium, e)* &c. Veteres circulum arcticū *mutabilē* habuisse, & *pro poli elevatione* nunc majori nunc minori à polo distantia descriptum. Nimirum *circulus* ille *arcticus* ipsis erat, qui æquatori parallelus, commissuram Horizontis & meridiani tangeret; Jam *Tropicum æstivum* in commissura Horizontis & meridiani ita constitutum cogitemus, vel in sphaera etiam armillari ita situemus, ut tropicus ille stringat s. radat Horizontem; Patebit nobis, & ad oculum erit demonstratum, *66. gradum elevationis poli* esse interceptum, qui, quia cum latitudine in numero semper convenit, confirmat nobis, quàm exactè Pytheas Massiliensis *Thulen suam* ibi locaverit, ubi nunc novimus *nostram* esse sitam *Islandiam*. Et quamnam aliam voluit vel etiam potuit Thulæ insulæ adsignasse latitudinem, ille inter Antiquos Clarus Geographus Eratosthenes, quādo ex experientia Pythæ apud Strabonem *θ)* à Borysthene fluvio ad Thulen Insulam, *latitudinem* intercedere *11500. stadiorum*, adseruit. Hæc enim *stadia*, si ex ipsius Eratosthenis & Artemidori etiam hypothesis, (quâ apud Varenium *ι)* Milichium *κ)* 700. vel accuratius $694\frac{1}{2}$ stadia, unum exæquare gradum statuit) calculo subjiciuntur, XVI. & quod excedit nobis conficiunt *gradus*, qui latitudini Borysthenis, fluvii à Ptolemæo *λ)* 48° . & $3\frac{1}{2}$. (quam ostia habent) vel 53° . graduum (quam fontes habent) adsignatæ, adjecti, numerant nobis *Thulæ* & 64° . $3\frac{1}{2}$. & 69° . latitudinem; Quæ, quàm *cum Islandiæ latitudine* coincidat, ex dictis non potest esse obscurum.

§. 22. Et quanquam fidem hîc derogare Eratostheni simul, & ex quo hæc hauserat, Pythæ, conetur Strabo *μ)* & durioribus etiam hæc ipsius adserta perstringat verbis; *Quis*, inqviens, *intervallum*, quod à Borysthene ad Thulen ponit, pro vero judicabit? Utriusq; tamen, & imprimis Pythæ patrociniū, non immeritò præter

b) l. c.
c) l. 2. Astron. part. 2. 162.
d) In Comp. Doct. Spher. p. 2. c. 6. p. m. 26.
e) Part. 1. Franosc. c. 7. p. m. 1004.

θ) Lib. 1. Rer. Geogr. p. m. 43. num. 20.

ι) Varen. l. c. p. m. 38.
κ) Com. in l. 2. Pl. c. 108. p. m. 472.

λ) l. 3. Geogr. c. 5. tab. 8. p. m. 68.

μ) l. 4. Rer. Geogr. pag. m. 43.

ν) Cluver. l. 3. Germ. Ant. c. 40. p. m. 171. 172.

præter Cluveriū ^{v)} suscipit insignis ille Strabonis, Commenta-
 tor Isaacus Casaubonus ^{ξ)} maluitq; aliqua ex parte à Magistro ^{ξ) Com. in l.}
 suo recedere, quàm contra fas & æquum eidem applaudere; ^{I. p. m. 43.}
 Scripserat Pytheas, inquit, Autor Antiquus vñs ^{Strabon. p.}
 Gallia natus erat, de partibus Septentrionalibus potissimum pleriq;
 eum Autorem amplectebantur, ut qui de vicinis regionibus potuis-
 set fidelius, quàm ulli Græci antè eum fecissent, scribere, præsertim
 qui, ut ipse agebat, totam exteri maris oram lustrasset à Gadibus ad
 Tanais ostia: Neq; sanè dubium, multa eum Græcos docuisse, quæ
 prius ipsi ne audivissent quidem, cujusmodi sunt, quæ de Thule scri-
 pserat, quàm non esse aliam, quàm quæ ISLANDIA hodie dicitur, faci-
 le doctis viris assentior. Eratosthenes verò Pytheam tanti fecit, ut
 singulas ejus sententias, singula esse oracula existimasse videatur;
 Sed cum Pytheas (uti in hunc sensum porrò loquitur laudatiss.
 Casaubonus ^{o)} falsa quædam tradidisset, quæ Græciæ homini-
 bus nota erant, atq; explorata, illaque Eratosthenes ^{α βασιλευς p. m. 35. B.}
 pro certis accepisset, magnos prodidit, cum Pytheæ testimo-
 nio, errores. Quos cum Polybius, aliiq; magni Viri & Erato-
 sthene ^{νετιμώτεροι} animadverterent, fides Pytheæ cœpit esse su-
 specta. Hinc adeò factum est, concludit Casaubonus ^{π)} ut ne in iis ^{π) l. c. p. 36.}
 quidem, quæ à Pythea verè scripta essent, fides ei ab iisdem magnis
 viris haberetur. Quid mirum? Ea enim est sæpè mentientium con-
 ditio, ut etiamsi quid veri dicant, falsum tamen id videatur.

§. 23. Neque vanitatis & mendacii ex eò faciet reum Erato-
 sthenem & Pytheam Masfiliensem Strabo ^{e)}: Quod, qui Iberniam ^{e) l. i. Rer.}
 Britannicam viderunt, nihil de Thule referant; Cum ipsemet ^{Geogr. p. m.}
 Præstantissimus Strabo paulò ante testetur, ex sententia Py- ^{43. n. 30.}
 theæ, Thulen sex dierum navigatione à Britannia abesse. Ergò ^{σ) In Cho-}
 quid miri, (meritò exclamat Celeber. Pontanus ^{σ)} Si ii, qui vi- ^{rogr. Dan.}
 derunt Hiberniam, nihil de Thule retulerunt? cum ^{Descr. pag.} jam Hiber- ^{m. 742.}
 nia, quod satis constat, longius quàm extrema versus Boream Bri-
 tannia promontoria à Thule introrsus sit remota dissit aq;. Quæ
 porrò maximus & Præstantiss. aliàs Geographus (uti non im-
 meritò à Doctissimo Casaubono ^{τ)} celebratur) Strabo, ex Po- ^{τ) l. c. Com.}
 lybii judicio de Pythea homine privato & paupere, adeòq; ad ^{pag. 35. D.}
 tantam peregrinationem minùs apto, objicit alibi, ^{υ)} ex con- ^{υ) lib. i. p. 172.}
 jectura potius proponuntur, quàm ex solido aliquo funda- ^{71. n. 30.}
 mento.

§. 24. ALTERUM TELUM quod intensiore adhuc ejaculamur
 nervo, EX QUANTITATE LONGISSIMI DIEI depromimus. Hunc n.,
 quia in Insula Thule per 24. hor. imò aliquot dies continuari, ple-
 riq; (quos videbimus) annotant Scriptores Classici, majorē Thu-
 læ latitudinem, quàm Ptolemæus φ) tribuit, tribuendam esse
 consequetur. Quantum enim longissimum diem in Thule In-
 sula deprehendi scripserit Pomponius Mela x) Autor egregius
 & ob ætatis meritum primo loco nominandus, ex ipsius verbis
 erit perspicuum: *Thule, inquit Belgarum litori apposita est, Gra-
 jis & nostris celebrata carminibus; In eo, quod ibi Sol haud longè
 occasurus exurgit, breves utiq; noctes sunt, (Vossius ψ) melius hic
 legi notat: Quod ibi Sol haud longè occasus exurgit; Quia Sol non
 longè occidit, vicina quippè sunt puncta ortus & occasus, ideo nox
 æstate brevissima est) Sed per hiemem sicuti alibi obscuria, æstate lu-
 cida; PER SOLSTITIUM verò nulla, quod tùm jam manifestior, non
 fulgorem modo, sed sui quoq; PARTEM MAXIMAM ostentat. Quam
 Pomponii rationem clarioribus exprimit verbis l. c. Vossius:
*Quia inquit Sol non occidit, sed obliquè descendens, maxima sui
 parte supra horizontem extat. Addens: nihil verius: Ex quibus e-
 vadit evidens, longissimum in Thule insula diem esse XXIV. hora-
 rum; Quemadmodum n. per æstatem brevissimæ noctes, pun-
 cta ortus & occasus solis, sibi inferunt vicina & discrimen ad-
 huc aliquod inter diem naturalem & artificialem admittunt;
 Sic in ipso Solstitio noctes nullæ, arguunt ortus, & occasus pun-
 cta esse cõjuncta, atq; discrimen omne, inter diem naturalem
 & artificialem tollunt; Et uti porrò naturalis dies, qui juxta
 Astronomos: Mæstlinum ω) Stierium α) &c. circumvolutione
 Solis ad idem punctum, unde recessit, describitur, est XXIV.
 horarum, sic etiam dies artificialis, quem Solis præsentia supra
 horizontem determinat, XXIV. horarum erit. Et in hunc sen-
 sum sequentia, quæ adducemus Scriptorum loca, accipienda
 erunt atque explicanda; Quam v. necessariò exindè Thule lati-
 tudo ultra LXVI. gradum elevetur, & Thule etiam Islandia ha-
 benda sit, concludemus inferiùs β)**

φ) l. sapè cit.
 p. m. 32.
 & infra §.
 54. seq.
 x) l. 3. c. 6. n.
 60. 69. pag.
 m. 57.
 ψ) Observ. in
 lib. 3. Mela
 cap. 6. n. 63.
 p. m. 258.

ω) l. 3. Astron.
 part. 3. p. m.
 257.
 α) Tract. 3.
 Spher. Doctr.
 c. 3. p. m. 14.

β) §. 29. 30.

γ) l. 4. Nat.
 hist. c. 16. p. m.
 199.

§. 25. Nunc Plinium videamus & quàm ille hîc sit cum Pom-
 ponio unanimis: *Ultima omnium, inquit, γ) quæ memorantur
 Thule; In qua Solstitio NULLAS ESSE NOCTES, indicavimus, can-*

eri

cri signum sole transeunte; NULLOSQUE CONTRA PER BRUMAM
 DIES. Quod nobis ad argumentum illud superius d) pro Thuli-
 tini diei quantitate nexum, proponi posset explicatius? Et
 quando de longissimo ac brevissimo die differit e): In Meroë
 inquit, longissimus dies XII. horas &c. In Britannia XVII. Ubi est a-
 te lucide noctes; Haud dubie promittunt id, quod cogit ratio credi;
 Solstitii diebus accedente Sole propius verticem mundi, angusto lucis
 ambitu, subjecta terræ continuos dies habere senis mensibus, noctesq;
 è diverso ad Brumam remoto, Quod fieri in Insula Thule (Dale-
 champius Com. in h. l. in Islandia) Pytheas Masiliensis scripsit.
 Qui Plinii locus licet aliquantulum appareat obscurior, dum
 continuos dies senis mensibus in Thule dicit, & proinde Ponta-
 nus §) non de Thule sive Islandia, sed de iis Boreæ partibus, ubi
 latitudo poli, Islandiam longè excedens, graduum est LXXX.
 & ultra, capiendum esse, opinetur; Nihilo tamen minùs satis
 erit evidens, & hinc Plinio de Thule sermonem esse, & longissi-
 mum istum diem, Thulæ nostræ convenire; Cur n. Autor sibi ipsi
 esset contrarius? Modò quæ in isto loco sunt observatæ, emen-
 dentur mendæ. Animadvertit n. ap. Dalechampium n) Pintia-
 nus, pro senis mensibus, legendū esse, senis diebus; Et Longolius o)
 (quod magis convenit) Vetusti Codicis fidē secutus, binis diebus,
 continuos dies esse, legit; Atq; sic si iste locus fuerit restitutus,
 fide non carebunt dicta, & quod comprobare, de longissima
 Thulæ die ex hoc loco, voluimus, erit certissimum. Ut frustra
 exindè suam hinc cum Strabone i) supra retuso n) adversus Py-
 theam Masiliensem, virgam Censoriam stringant, Arngrimus
 Jonas λ), Milichius μ) & alii. Neq; alienum deniq; à nostra erit
 intentione, modò dextra explicatione hætenùs dictis conci-
 lietur, quòd de Thule Plinius alibi v) hunc in modum differit §):
 Postremo Scythicum, inquit, (scilicet segmentum) à Riphæis jugis
 in Thulen (NB. Ergò Thule altiùs elevata, quam Riphei montes)
 in quo dies continuarentur, noctesq; per vices. Sed non erimus hinc
 nimium anxii, quid enim de longissimo Thule die senserit Pli-
 nius, & quid de eò voluerit adnotatum, illud Martianus o) (qui
 Doctissimi Salmasii iudicio π) Plinium hinc est secutus) explica-
 tis verbis, exposuit ita: Ultima omnium Thule, in quâ Solstitiali
 tempore continuus dies est, brumaliq; nox perennis exigitur.

d) §. 24.
 e.) l. 2. Nat.
 hist. c. 75. p.
 m. 113.
 §) In Chorogr.
 Dan. Descrip
 p. m. 745.
 n) Com. in l.
 2. Plin. c. 75.
 p. m. 113.
 §) ap. Dale-
 champ. l. c.
 i) l. 1. Rev.
 Geogr. p. m. 48
 x) §. 22. 23.
 seq.
 λ) In Specier.
 part. 2. p. 92.
 μ) Com. in l. 2.
 Plin. c. 75. p.
 m. 369.
 v) l. 6. Nat.
 hist. c. 34. p.
 m. 284.
 §) ap. Sal-
 mas. in Com.
 sup. Solin.
 p. m. 247.
 o) In Plinian.
 Exerc. sup.
 Solin. p. m.
 247.

ε) cap. 35. p.
m. 167. 168.

σ) In Plini-
an. Exercitat.
p. m. 247.
τ) Borchart.
In Phaleg.
l. 4. c. 26.
p. m. 308.

υ) l. Can. Dier.
Coll. 14. p. m.
478. 479.
φ) l. supra cit.
p. 93.

χ) §. 51.
ψ) In Ghorog.
gr. Dan. p. m.
746.

ω) loc. supra
c. 1. §. cit. ex
l. 5. Syl. ad
Crisp.

α) In Not.
Vber. ad Sax.
Gram. p.
m. 22.

β) In Bibliot.
Tmem. 166.
p. m. 366.

§. 26. Sed Solinum quoq; post Plinium videamus, quàm & ille, ex genuina sua sententia *Thule Insula* tribuat ejusdem quantitatis longissimum diem: *Multa alia*, inquit ε), *circa Britanniam Insula*, à quibus *Thule ultima*, in qua *estivo SOLSTITIO*, Sole de *Cancrisidere transitum* faciente, nox penè nulla; *Brumali Solstitio* dies adeò conductus, ut *Ortus junctus sit, & Occasus*. In quem Solini locum Salmasius σ) doctrinæ illud portentum, (quod Bochartus τ) de eo) commentans duas hîc editiones in unâ coaluisse, annotat; Et Solinum, quia aliàs *Autor proprietatis verborum adprimè observans*, (quod Doctissimi Viri de ipso est iudicium) & maximè antiquarius est, suspicatur scripsisse: *In qua Solstitio nox penè nulla: Bruma perinde nullus dies*, quia: *estivo solstitio & brumali solstitio sapiunt glossam, boni namq; & idonei Autores Brumam dicunt & solstitium*.

§. 27. Et quanquam Eximius autor Majolus υ) eandem longissimi diei affectionem in *Thule Insula* observatam, non incommodè ex Procopio φ) etiam probet, nolumus tamen eum, quia adversus nos, (quod infra χ) experiemur) arma suppeditat Clariss. Ortelio, nostris partibus hîc adjungere. *Ejusdem verò quantitatis longissimum diem*, cum Celeber. Pontano ψ) non ineptè ex Statio ω) & ex Dionysio Periegete cum Eruditissimo Stephano α) concludere possumus: Sic n. Periegetes.

*Multam autem ulterius ubi secueris viam Oceani
In Insulam Thulen benè adificata nave trajicies
Ubi quidem Sole progresso ad polum Ursarum
Inter diu simul ac noctu semper conspicuum effunditur lumen.*

§. 28. Verùm quantum *Thule Insulæ* longissimum attribuerint diem, Antiquissimi etiam Scriptores, ex illo non obscure colligitur, quod ex Antonii Diogenis XXIV. de *Thule* libris annotavit, Eruditissimus Photius β). Ibi enim Diogenes cum Antiquioribus scribit, *Diniam in Thule Insula aliquandiu commoratum, observasse; ultra Thulen noctem inveniri, unius mensis aliamq; quâ breviorum, quâ longiorem, & alia, quæ astrorum studiosi docere solent*. Si itaq; ultra Thulen statim tanta nox, quæ diem etiam tantum reciproca vicissitudine probat, est observata, à fide non fit alienum in ipsa *Thule* per aliquot dies aut horas saltem XXIV. diem longissimum continuari.

§. 29. Hanc

§ 29. Hanc itaq; longissimi diei quantitatem, quia tanto cum
 consensu Thulæ Insulæ attribuunt vetusti hi Scriptores, ritè &
 legitimè inferimus, *Thule latitudinem* Ptolemaicâ LXIII. gra- y) l. 1. Const.
duum esse majorem, & ultra LXVI. gradum extendendam esse. d) Com. in l. 1. Geogr. Ptolem.
 Evidentissimū enim est, non tantum ex Ptolemæi y) adserto: cap. 2.
 Diem XXIV. horarum non posse contingere nisi in *latitudine* e) Lib. 3. A-
 66. *sub graduum & 9. subminutorum* (uti loqui amat Beneven- strom. part. 4.
 tanus d)); Sed constanti etiam consensu Astronomi pariter: cap. 5. p. m.
 Mæstlinus e) Keslerus z) Licent. Müllerus n) *Venerandus quondam* 305. seq.
Academiae hujus Senior; ac Geographi: Cluverius 9) Alstedius z) lib. 3. A-
e) Hainlinus x) & reliqui, *diem XXIV. horarum non nisi sub 66°.* strom. p. m.
 30. poli elevatione sive *circulo arctico* hab tantibus contingere 299. & alibi.
 adferunt, Non verentur proinde eandem nobiscum hic con- n) In diss. de
 sequentiam necere Vadianus λ): *Quod si ita sit,* inquit, (vi- nusogλ.
 delicet quod tantus in Thule dies) *neesse est, ejus insule latitu-* Thef. 10.
dinem ad LXVII. gradus plus minus, extendi. Et Vosius μ): *Ex* 9) l. 1. Intr.
hac descriptione satis apparet, juxta hypothesein Melæ, Thulen sitam Geogr. c. 6.
fuisse sub LXVII. latitudinis gradu. Et Beneventanus ν) illam ma- p. m. 2. 6.
ximi diei à Plinio (aliisq;) expressam longitudinem, & latitu- l) l. 1. Geogr.
 dinem LXIII. gradum, i Thulæ Insulæ Ptolomæo ξ) adsignatam, c. 7. p. m. 1390
 expendens, dubius omninò sit, neq; suam interponere audet x) Part. 1.
 sententiam. Nos autem ex inde non tantum, *Thulen* ad & ul- Geogr. c. 18.
 tra LXVI. *latitudinis gradum* esse elevatam, intrepidè concludi- p. 635.
 mus, verum etiam, THULEN ANTIQUORUM NOSTRAM λ) Com. in l. 3.
 ESSE ISLANDIAM. Melæ p. m.

§ 30. Quemadmodum enim *Thule latitudinem, Islandia la-* 594.
titudinem esse comperimus, ita vicissim, compertam o) Islandia μ) Observ. in
 nostræ *longitudinem,* (cum nullam magnam & notabilem insu- 3. Melæ. c. 6.
 lam ibi reperiamus aliam) THULAE ANTIQUORUM applicamus. p. m. 258.
 Islandiæ autem *latitudinem eam* esse, quam Thulæ hactenus ν) Observ. in
 tributam vidimus, non potest ex superius ω) traditis, esse igno- l. 3. c. 5. p. m.
 tum; Et *Islandiam* etiam *eandem,* quam Scriptores adducti 238. seq.
 Thulæ attribuerunt, sentire longissimi diei *adfectionem,* & illa ν) Com. in l. 1.
latitudo, illatione reciproca probat, & sphaeræ, sive globi po- ptol. Geogr.
 situs, ad oculum demonstrat; Si enim in tanta poli elevatione c. 2. & 2.
 (quâ cum latitudo loci in quantitate semper convenit) sphaera ξ) l. sepius
 armillaris vel globus situatur, tropicum Cancræ ad vel supra cit.
 horizon- o) Supra §. 13
expressam.
ω) §. 17. 18. seq
e) §. 24. 25. seq.

σ) G. 24.
 τ) l. 3. c. 6. p. 57.
 υ) In Geogr. Dap. Descrip p. m. 744. f.
 φ) Com. de Isl. b. m. 6. β. & 7. α.
 χ) l. 4. Cosmogr. p. m. 847.
 ψ) In Descrip Europ. Tab. de Island. ω) lib. 1. Canic. Dier. c. 14 p. m. 479.
 ω) part. 3. Geogr. cap. 2. p. m. 1428.
 β) In Diss. de Ημεραλ. th. 10. γ) Geogr. part. 1. lib. 1. c. 11. p. m. 18.
 δ) Lib. 8. Geogr. c. 2. Tab. 1. Europ. ε) lib. 7. Geogr. c. 5. pag. m. 182.
 ζ) In Anat. Blesk. p. m. 36

horizontem etiam videbimus elevatum, in quo proinde Sol constitutus submergere sese sub horizontem non potest, Sed radit vel stringit horizontem sine occasu & ortu, vel quod penficulatè supra σ) scribebat Pomponius τ): *maximam sui partem ostentat*. Et hoc autoptarum comprobari testimonio, non tantùm scribit Pontanus υ). Verum ipse etiam alicubi non obscure testatur εντόπις Jonas Islandus φ): *Nullum inquit esse hyemali solstitio diem (nullam contra æstivo solstitio noctem) in illo tantùm Islandiæ angulo --- ubi polus ad integros 67. gradus attollitur. Holis autem --- latitudo est circiter 69. 44. 5. illic diem brevissimum habemus ad minimum, duarum horarum*. Quare etiam Münsterus χ) Quadus ψ) Majolus ω) Alstedius α) Laud. Müllerus β) Fournier γ) & pleriq; modernorum, iisdem planè, pauci parùm mutatis verbis, *longissimum Islandiæ diem*, describunt, quibus *Thulæ diem maximum* vetustiores. Sed circa hæc pluribus, altera de Thule Disputatio, erit occupata.

§. 31. Sed prodiret hîc aliquis adversus nos, alium Thulæ antiquorum, maximum diem tribuendum esse pugnans, quia Ptolemæus δ) ita de eo statuit: *η μὲν ἐν Θάλῃ τὴν μεγίστην ἡμέραν ἔχει ὡς ἐν ἰσημερινῶν κ. sive: Thule igitur insula maximam diem habet XX. horarum æquinoctialium*. Et alibi ε): *Ἐν δὲ τῷ βορρηνώτατῳ καὶ ἀπὸ Θάλης κ. seu: In Septentrionalissimo autem (scilicet parallelo) ε qui est per Thulen est XX. (videlicet horar. longissima dies)*. Et porrò hanc solstitialis diei longitudinem, reciproca sequela latitudinem loci 63. graduum 22. minut. inferre diceret. Atq; exinde *Thulen Antiquorum* pro *Islandia* non esse venditandam. Verùm tantùm abest, ut hæc nostram elidant sententiam, ut potius eandem consolident atq; confirment. Nos enim, dum Septentrionaliorem Insulæ tractum, cum vetustis & recentioribus Autoribus magis respicientes, diem ipsi attribuimus *majorem*, *majoremq; latitudinem*; *minorem* illam longissimi diei quantitatem, *Thulæ & Islandiæ* non denegavimus, neque quæ eam consequitur, *latitudinem minorem*. Et hîc etiam adstipulantem habemus Jonam Islandum ζ) qui Bessastedii, (quo tamen loco, alia sunt meridionaliora) ex propria Observatione & oculorum experientia, *brevissimi diei* quantitatem, pro numero accedentium minorum exurgere, *ad 3. horas & 30. minuta*, tradidit.

dit. Ex quo uti longissimæ noctis, sic quoq; è contra, longissimi diei quantitatem colligimus, XIX. horarum & 30. minutorum. Unde videmus quàm egregiè & illa apud Ptolemæum ⁿ⁾ Thula ^{n) loc. cit.} longissimus dies nostram probet, approbatque sententiam. ^{2) In specim. Island. Cho-}

§. 32. Verùm, non ubiq; ex nostris pugnat castris laudat: Jonas, sed sæpiùs ab adversa stat parte; Obvertit namque nobis & ipse, hinc scuta sua, ab adductis Scriptoribus emendicata certè, modo non vi iniquâ, extorta; *Primum est 2)*: Plinium ^{1) l. 2. Nat. hist. c. 75. p. m. 113.} & Solinum ^{2) Cap. 35. p. m. 167. etc.} Thulen suam *Britanniis* Insulis adnumerare; E. nec tanta ejus erit latitudo, nec longissimus dies tantus, *nec Thule erit Islandia. Ast cum non tantum disertis verbis, Thulen à Britannicis Insulis distinguat Plinius ipse 3), verùm ex relatione etiam Pythæ Mafsiliensis, sex dierum navigatione à Britannia abesse, scribat; *Deinde idem etiam intendi à Solino 4)* (qui Plinii & Epitomator est, & Imitator) sequentia verba, quæ de diei solstitialis longitudine subjungit, ostendunt perspicuè. Atq; ex eo, hoc ipsius scutum conspicimus perforatùm. *Alterum, quo se munire conatur illud est; quod menstruam vel semestrem Plinius 5)* cum Pythea *Thula noctem*, & è contra tantum etiam *diem* tribuat. Sed hoc conatu (a quod jam perforatùm est scutum, omninò sibi detrahit ipse: *Tanta enim nox tantusq; dies, quo medio aut modo Britannia Insulis poterit attribui?* 6). Deinde scutum illud non nisi ex *dubia* Plinii *lectione*, vel minùs genuina ejus explicatione, est colligatum adeòq; minùs tutum vel omninò nullum. Reliqua quæ vel ex illis vitiatis Plinii & Solini locis, vel malè explicatis & pessimè intellectis Jonas 7) consuit, hujusmodi sunt, ut maximis eum exponant periculis ipsumq; nisi in nostra transire malit castra, in fuga salutem querere cogant. Quid autem ad supra adductum Pomponii Melæ ^{8) l. 3. de situ Orb. c. 6. n. 60. 65. p. m. 57.} locum ⁹⁾ qui omnibus modis nostræ sententiæ favet, excipere possit Jonas, nihil invenit, & certè verba etiam, disertissimo aliàs homini, hinc videntur defuisse.*

§. 33. TERTIUM TELUM, quod pro Helena nostra reducenda pugnat, illud est, quod Classici Scriptorum ex *Thula sua situ*, nobis subministrant, quem adeò *Islandia convenientem* describunt, ut non tam indigitasse, quàm indice digito demonstrasse eam, videantur, Illud a. hinc ante omnia ex Celeber. Cluver.

E

1) & 2)

*) l. 3. Antiq. π) & Pontano e) prænotandum; Veteres Scriptores à primo
 Germ. c. 39. usq; Pythea ad Plinium & ultra fortasse, *Septemtrionis regionem*
 p. m. 660. fecisse, quæ verè erat *occasus solstitialis*; Et sic Iberniam Insulam
 e) In Chorogr. supra Britanniam versus Septemtriones sitam cum Strabone
 Dan: Descrip. e) describunt: *μεγάλη ἡ ἕρμη πρὸς ἄρκτον αὐτῆ παραβεβλημένη, seu Magna*
 p. m. 746. *Hibernia versus septemtrionem juxta eam* (scil. Britanniam) por-
 e) l. 4. Rer. *recta*. Cum tamen juxta Britanniam non versus Septemtrio-
 Geogr. p. m. nem, sed *versus occasum*, verum ejus situm nunc sciamus. Ac
 138. n. 50. proinde & hoc loco, quando de Thule verba faciunt Autores,
 per *Septemtrionem occasus solstitialis* erit intelligendus; quibus
 præsuppositis videbimus nunc, quàm exactè Scriptores anti-
 qui, *Thulen* describentes, indigent *Islandiam*.

§. 34. Et licèt Strabo se aliàs minùs exhibeat benignum, uti
 vidimus a) Pythæ, fortè & nobis, non tamen potuit hic ubique
 veritatis radios prohibere, sed ipse, si non voluit, certè non po-
 tuit aliam notare insulam, quàm ipsam Islandiam, dum Thulæ
 suæ situm his circumscribit verbis β): *Magisetiam obscura est*
 a) supra §. *Thules historia, ob tam longinquum situm. ταύτην γὰρ τῶν ὀνομαζομένων*
 22. *ἀρκτικωτάτην τιθείατιν. s. omnium n. quarum feruntur nomina, maxime*
 β) l. 4. Rer. *versus Septemtrionem esse hanc disitam ajunt. Et ex sententia*
 Geogr. p. m. *& relatione Pythæ γ): Sex dierum navigatione abesse versus se-*
 139. num. 10. *ptemtrionem, vicinam congelato mari.*
 γ) l. 1. Rer. *Septemtrionem, vicinam congelato mari.*
 Geogr. p. m. 43. n. 20.

§. 35. Quid quæso dici de *Islandia* situm accuratiùs, quid eum de-
 terminare potuit exactiùs; Habet namq; Islandia, si qua insula
 alia 1) longinquum situm, eumq; (2) versus *Septemtrionem* i. e.
 Occasum solstialem & (3) mari congelato *vicina est*, imò ut
 Münsterus δ) Adam Bremensis e) & Rhawen ζ) testantur ipsius
 δ) l. 4. Cosm. jam fluctibus exposita, quippe quod sub circulo arctico suum
 p. m. 847. e) *De Dan. & Norveg. situ* jam sumit initium, & Islandia ultra eum circulum adhuc sit
 ζ) *Pontan. l. c.* porrecta: Et deniq; (4) sex quoq; dierum navigatione, à Bri-
 δ) *Ravv. in der Weltbe-* tannia distat. Supponamus enim, quod apud Geographorum
 s. p. m. 614. Principem Ptolemæum η) Theophilus, unius diei naturalis na-
 η) l. 1. Geogr. vigationem, si secunda sit, mille esse stadiorum. Illa sex dierum
 c. 9. p. m. II. navigatio. 6000. conficiet stadia, quæ ex superiùs θ) tradita
 θ) §. 20. 21. hypothesi Eratosthenis, (calculum sic quoq; ducente Zieglero
 i) *Com. in l. 2.* ζ) constituunt VIII. gradus, quibus Thule à Britannia distabit,
 p. m. qui deinde VIII. gradus latitudini Camalduni Britannia Op-
 272. pidi

pidi, (quod apud Ptolemæum *) Camudolanum dicitur) LVII. ^{*) l. 1. Geogr.}
 graduum adjecti exhibebunt nobis *Thule latitudinem LXV.* ^{c. 3. tab. 1. p.}
graduum. Et si Posidonii hypothesein apud Milichium ^{*) & Va-}
 renium ^{u)} notatam, quæ 666. stadia ad unum gradum requirit, ^{m. 31.}
 IX. graduum erit distantia inter Britanniam & Thulen, & 66. ^{*) Com. in l.}
graduum Thule latitudo, quæ, ut & prior, quàm in Islandiam ^{u) Part. 1.}
 cadant exactè, ex supra traditis, poterit esse notissimum; Se- ^{Geogr. l. 1.}
 cundum Ptolemæi verò hypothesein, ex istis 6000. stadiis, XII. ^{p. m. 38.}
 graduum deprehendimus, inter Britanniam & Thulen, distan- ^{*) loc. jam}
 tiam, qui dictæ Britannia latitudini LVII. graduum additi, ^{cit.}
 LXIX. *graduum* exhibebunt *Thule latitudinem,* quæ adhuc *Is-* ^{*)}
landiam potius, quam ullam hætenus pro Thule habitam, o- ^{o) In Com. de}
 stendit. Et quàm congruè hæc apud Strabonem ^{*)} aliosq; (uti ^{Isl. part. 1.}
 videbimus ^{ξ)} consignata sex dierum, ex Britannia in Thulen, ^{Sect. 1. p. m. 6.}
 navigatio, Islandiæ accommodetur, ex illo, ipsius Jonæ Islan- ^{*) In Specim.}
 di, propria experientia edocti, concludere valemus, testimo- ^{Isl. Chorogr.}
 nio: *Ego ternis, inquit, ^{o)} Hamburgensium navigationibus docere* ^{Hist. part. 2.}
possum, septimo die Hamburgum, ex Islandia perventum esse. Quæ ^{Memb. 1. p. m.}
 verò in hujusmodi paulò ante instituto, navigationis calculo, ^{103.}
 alibi ^{*)} sugillat Laudat. Jonas, illa nunc nobis non sunt cu-
 randa.

§. 36. Et quanquam, uti *κρητικώτερος* conqueritur Cluverius, ^{e) l. 3. Germ.}
 circa Septemtrionis terras, vera falsis mirificè permiscuit Pro- ^{Ant. c. 39. p.}
 copius, ^{*)} illum tamen, quod in determinando Thulæ situ mi- ^{m. 661.}
 nus à verò absit, hîc etiam adducendum putat. Ita a. Procopi- ^{o) l. 2. de Bell.}
 AT THULE *multò major est. Nam decuplo major est Britannia; à* ^{Goth. p. 92.}
quâ longius abest versus septentrionem. Ubi equidem magnitudi- ^{seq.}
nem Scandinavia circumscribit, ejusque gentes in sequentibus
 enarrat. *Situs autem Thule Insulæ,* quem supra Britanniam in
 Septemtriones i. e. Occidentem Solstitialem determinat *Is-*
landia exactè convenit. At cum Procopium minùs hîc reperia-
 mus fidum socium, & minùs circumspectum, alios nobis ad-
 jungemus.

§. 37. Procopium itaq; Plinius excipiat, qui non tantùm ^{*)}
Thulen Insulam cum Pythea Mafsiliensi sex dierum navigatione ^{*)}
 in Septemtrionem, i. e. Occidentem, à Britannia distare scribit, ^{l. 4. Nat.}
 (adeoq; & distantiam inter Thulen & Britanniam §. præceden- ^{hist. c. 16. p.}
 tibus ^{m. 199. 200.}

tibus probatam approbat, & Thulæ Insulæ, Islandiæ latitudi-
nem LXV, LXVI. vel etiam LXVIII. graduum tribuit,) Verum
etiam *v) ultimam* omnium, quæ memorantur *Thulen* esse, eamq;
à mari concreto, non nisi unius diei navigatione abesse; Verba
ejus hæc sunt: *Sunt qui & alias prodant Scandiam, Dumniam,*

φ) Chorogr.
Dan. Deser.
pag. m. 748.
l. i. Histor.
Disenss. c. 3. p.
8. c. 4. p. m. 14.
l. i. Hist. De-
scuss. c. 20. &
21. p. m. 127.
128.
χ) In specim.
Island. Histor.
part. 2. memb.
1. p. m. 93. &
94.

Bergos, maximamq; omnium Nerigon. ex qua in Thulen navigetur.
A Thule unius diei navigatione mare concretum à nonnullis mare
cronium appellatur: Qui Plinii locus, quantoperè pro nostra
faciat sententia, & Islandiam nostram antiquorum Thulen esse
demonstrat, ovans quasi pluribus persequitur, Celebris ille
Danorum Historicus Pontanus φ); Idq; non ex eò præcipuè,
quod Thulen Insulam Cronio mari vicinam, adeoq; longissi-
mè à Britannia remotam, referat; Sed ex illo, quod ex Neri-
gon (quod Norwegiam interpretatur) in Thulen navigatum sit.
Et quamvis cum Pontano, multum hîc exoptulet Arngrimus
Jonas, χ) vel Nerigon Norwegiam esse negans, vel navigatio-
nem ex Nerigone in Thulen suggillans. Attn. cû ipse alium, per
Nerigon intellectum locum, exprimere non audeat, nec soli-
da, sed frivola fermè sint, quæ contra navigationem istam exci-
piat, & ex neglecta Plinii inspectione profecta, nos hîc non
morabitur diutiùs.

ψ) Com. in. l. 4
Plin. c. 16. p.
m. 200.
ω) In Chron.
Saxon. pag.
m. 123.

§ 38. Et si cum Nobili illo Plinii Commentatore Dalecham-
pio ψ) per Nerigon, *Norderam insulam*, quæ ex insulis illis, quas
Farras vocant, propè Islandiam, in gradu latitudinis, juxta
Chytræum ω) 64. sitis, maxima est, & Islandiæ vicinior, intelle-
xerimus, negotium hoc faciliùs conficiemus. Si enim ex *illa*
Nordera in Thulen ad mare Cronium sitam, est navigatum, per
Thulen comodè non alia, quàm Islandia, poterit intelligi; Et
certè *Nerigonem* Plinii, pro *Nordera* Farrarum una, quàm *Nor-*
wegia ipsa habendam esse, ex eò fit probabile; Quia (1) Pli-
nius l. c. *Nerigonem* suam faciat *insulam*; Norwegiam autem,
insulam non esse, novimus, quia (2) *Nerigona* suam à Bergis
diversam facit, cum Bergarum ditio sit pars Norwegiæ & ean-
dem cum hac, continentem constituat.

α) Polyb. c. 35.
p. m. 168.

§ 39. Sed Solinum quoq; audiamus, quem & ille situm Thu-
læ suæ tribuat Islandiæ convenientem: *Multa, inquit α), alia,*
circum Britanniam Insula, à quibus Thule ultima, --- Ultra Thu-
len

len pigrum esse & concretum mare; Inde à Calidonia promontorio Thulen petentibus, bidui navigatio est. Excipiunt Hebudes, (quas $\alpha\epsilon\tau\iota\kappa\acute{\alpha}\tau\alpha\tau$ & Salmasius β) melius dici Ebudas notat, quia Ptolemæo γ) $\epsilon\beta\acute{\upsilon}\delta\alpha\upsilon$) insula --- Secundam à continenti stationem euntibus Orcades præbent. Sed Orcades ab Hebudibus porrò absunt septem dierum totidemq; noctium, cursu --- Ab Orcadibus Thulen usq; V. dierum & V. noctium navigatio est. Verùm non immeritò hîc locus Criticorum incurrit Obelos, nullus enim in toto hoc Autore, notante laudatiss. Salmasio δ), æquè malè, atq; hîc locus est acceptus; Unde etiam verba Solini aut interpretatione commodiore, emollienda iudicat Pontanus ϵ) aut adhibita saltem transpositione sive etiam correctione, aliter ordinanda. Postquam igitur Geographorum præcipuus Cluverius ζ), tria in aliquibus exemplaribus, animadvertit vitia cumulata, locum egregiè correxit. Et evidentius adhuc, si non melius, hunc locum peracuto suo iudicio restituisse videtur Sa'masius η) hunc in modum differens: *Quidenim, inquit, hac sibi volunt: Secundam à continenti stationem præbere Orchades? Nonn. à continenti hæc navigatio est, sed ab insula Britannia, ad insulam Thulen, in qua navigatione à promontorio Caledonia Thulen petentibus, bidui cursu profecto, prima statione Occurrunt Ebudes. Post Ebudes, secundam stationem Orchades, septem dierum ac totidem noctium cursu ab Ebudibus distantes: ab Orchadibus Thulen usq; quinque dierum ac noctium navigatio est. Ita Solinus. Et verba illa: Secundam à continenti stationem, ex Vetusis schedis Palatinis ita legenda docet: secundam continenti (i.e. continenter eunti,) stationem Orchades præbent. Continere a. pro continenter ire & iter suum continuare usurpari, ex Symmacho θ) & Martiano Capella, ostendit prolixius. Qui locus sic restitutus, ibi Thulen exactè situat, ubi nostram nunc invenimus Islandiam; Nec quenquam movebit illa plurium dierum à Britannia navigatio, per ambas n. est instituta. Et si lubitum fuerit, istam ab Orchadibus in Thulen V. dierum navigationem, Orchadum latitudini à Ptolemæo ι) datæ LXI. graduum admodum superius κ) traditum adjicere, id quod diximus erit evidentissimum.*

§. 40. Conquirat equidem & hîc Arngrimus Jonas λ) arma sua, quibus adversus nos pugnet, nosq; ab Islandia prohibeat

β) In Sol. polyh. p. 248.

γ) l. 2. Geogr. c. 2. tab. 1. Europ. p. m. 29.

δ) l. c. pag. m. 249.

ϵ) In Chorogr. Dan. p. m. 745.

ζ) l. 3. Germ. Ant. c. 39.

p. m. 660.

η) Com. in Solin. Polyh. p. m. 249.

θ) l. 1. E. ist.

53. p. m. 46.

ι) l. 4. E. ist.

44. p. m. 169.

ι) l. 2. Geogr.

c. 3. Tab. 1. Europ.

rop. p. m. 32.

κ) §. 35.

λ) In Sæd. c.

Island. part.

2. membr. 1.

pag. m. 25.

atq; propellat; Verùm successu non admodum prospero; Illa
 n. quæ ex ipso Solini loco (1.) *de Pomoniâ* Thules copiosa; (2.)
de fructibus Thulitarum per hiemem congestis, eorumque 3.)
matrimonio, quæ hodiè in Islandiam non quadrant, adfert, ma-
 gnâ nobis non poterunt vim inferre. Et quanquam gravissi-
 mo suo *judicio*, quo, Celebratissimus Criticus & Polyhistor
 Dn. D. Reinesius, Patronus meus maximus ^{u)} *nullum* judicat
^{qu)} *solidius*, nihil decernat, præclari nominis Geographus Cluve-
^{v)} *rius*); Illa tamen si non loco corrupto, erroribus certè Solini,
^{Ant. p. m. 661.} fortè non sine causa Clariss. Pontanus ^{o)} adnumerat. Si verò
^{In Chorogr.} majori in nos impetu, dictus Islandus irrueret, illisque nos ju-
^{Dan. p. m. 745} gulari armis conaretur, alia cum ipso arte congredere rela-
^{Disc. Hist.} ista extorquerem; Distinguere videlicet Clariss. Arngrium
^{Mantif. 2. p.} juberem, *inter Thulen* sive Islandiam *Veterem & Novam*; Inter
^{m. 150. 151.} *Thulen Ethnicam & Christianam*. Si n. quod laudatiss. Islandus
 expressis verbis scribit ^{π)} *Islandiæ* primis Occupatoribus & In-
^{In Crym.} habitatoribus (quos tamen malè ad Annum Christi 874. re-
^{l. i. c. 5. p. 21.} stringere videtur) adeò fuit inventa sylvis, densissimis confita,
^{In Anat.} ut ad habitationes vel etiam itinera, sylvas passim securi ape-
^{Blesk. part. 2} riri, necessum habuerint, & errantes in illis pecudes (quod ali-
^{p. m. 64.} bi ^{ε)} loquitur,) post annum unum atque alterum recupera-
^{l. c. Ana-} rint, cur quæso præter betulas, & juniperos, (quibus Jona fa-
^{com. p. m. 64.} tente, ^{σ)} hodiè adhuc dum fruuntur Islandi) aliàs etiam habe-
 re potuerint, *arbores feraces*, cum præsertim ex levi conjectura
^{In Crymog.} eas neget alibi ^{τ)} Arngrimus; Vel cur non ab ipsis etiam *betulis*
^{l. i. c. 6. p.} & *Juniperis*, *fructus* colligere & congerere potuerint, Veteres
^{m. 50.} Thulenses. Et quid prohibet? *Ethnicas Thulitas* spurco libidi-
 nis pruritu inflammatos, pluribus sese fœminis atque commu-
 nibus, polluisse; Et *modernos Islandos Christiana* fide imbutos,
 maxima hujusmodi flagitia abominari & execrari. Alia namq;
^{l. 4. Rev.} vita, (quod tritum habet) alios postulat mores; Quis quæso,
^{Geogr. p. m.} nunc illa de Hiberniæ incolis adfirmaret, quæ suo tempore in
^{139. num. 10.} hoc etiam puncto, Strabo ^{ψ)} ? *Qui pro honesto ducunt*, inquit *pa-*
lâm (quod tamen sine neglectæ verecundiæ nota, prolatum
^{cap. 8. de} volo) *concumbere*, non cum aliis modo mulieribus sed etiam (quod
^{Prep. Evang.} magis execrabile) *cum matribus ac sororibus*. Quis nostro tem-
 pore, Britannorum morem scriberet eum, quem olim Eusebius
^{ω)} Ni-

o); Nimirum, ut multi viri unam habeant uxorem. Quod enim Ethnici familiare habent flagitium, merito abominantur Christiani.

§. 41. Sed Melæ etiam quem Thulæ suæ situm describat, attendamus; Thule inquit, a) Belgarum litori opposita. Quibus paucioribus, si præsertim, quæ hæc sequuntur, & supra β) à nobis fuere commemorata, adjiciantur, eum videbimus Thulæ insulæ situm determinatum, quæ Græci pariter ac Latini Scriptores hæcenus determinarunt, Islandiæ convenientem. Et sola hæc perpendens verba, Oculatissimus Cluverius γ) quod Thulæ Belgarum litori à Mela dicatur opposita, grato cum applausu, Thulen concludit esse Islandiam: *En quaso, inquit, quid tibi hic lector nunc animi est? Annon hæc (Islandiam intelligit) è diametro quasi inter Rheni Sequanaq; ostia, Belgicæ est objecta? Tabulam Geographicam inspicere, adsentieris.* Et certius adhuc eundem illum Thulæ & Islandiæ situm ex hoc Pomponii loco colligemus, si (quod cum Pontano δ) faciunt plures Arngrimus ε) alii- que) pro Belgarum legeremus Bergarum; Atque sic Thulen Bergarum (Oppidi Norwegiæ) litori oppositam, cum Mela pronuntiarem, præsertim cum invitus aliquantulum juxta Clariss. Cluverium ζ) per Britanniam duceretur parallelus; Et Islandia Bergis è diametro ferme, versus Occasum borealem intelligatur opposita & in tabulis conspiciatur. Et hæc nihil invenit doctissimus iste Islandus, quo nos interturbare, nosq; ne ad alia transeamus, remorari possit.

§. 42. Tacitum proinde, & quid ille de Thyle sua scribat, nunc etiam expendamus: *Dispecta est & Thyle, inquit, η) quam hæcenus nix & hiems abdebat, sed mare pigrum & grave remigantibus perhibent; Quæ quàm optimè cum Islandia conveniunt (1) Ad mare pigrum s. concretum cum Solino θ) aliisque Thylen locat, quod de Islandia verum esse jam ante ι) est ostensum neq; circa Orchades monente Cluverio κ) mare appellatur pigrum. (2) Deinde hieme & nivibus abditam tradit, quod itidem quàm aptè & omnibus numeris in Islandiam quadret, vel illa nos, quæ à glacie multa & nivibus largioribus ipsi imposita vidimus λ) nomina, edocere possunt. Deniq; (3) dicit dispectam esse, cum η) circum Orcades tum versaretur Classis Roma-*

α) l. 3. de Sit. Orb. c. 6. n.

60. p. m. 57.

β) §. 24.

γ) l. sæpè cit. p. m. 658.

δ) In Chorogr. Dan. p. m.

744.

ε) In Spec.

part. 2.

Membr. I. p. m. 92.

ζ) l. c. supra p. 658.

η) In Agric. c. 10. n. 6.

θ) Pclyh. c. 35. p. m. 168.

ι) §. 35.

κ) l. 3. Germ. Ant. cap. 39. pag. m. 659.

λ) Supra cap. I. §. II. 13.

μ) In Chron.
Saxon. p. m.

122.
ο) In Specim.
Island. Hist.
part. 2.

Membr. 1. p.
m. 95. 96.

π) In Specim.
Isl. part. 2.
memb. 1. p. m.
103.

ε) l. 14. Orig.
c. 6. p. m. 343

ς) l. c. p. 662.

τ) lib. de reb.
Get. p. m. 80.

υ) In Tract.
de Ins. c. 4. n.

10. p. m. 56.

φ) Com. in l.
1. Geogr. Virg.

v. 30. p. m. 29

χ) Com in l. 1.
Geogr. Virg.

liv. 30. p. m.
180.

ψ) Com. in l.
cit. Virgili

p. m. III.

ω) l. 1. c. 2.
fol. m. 5.

Romana, easq; invenit, domuitq; , uti ibidem commemorat Tacitus, cur non Islandiam dispicere potuerit, præcipuè cum altissimæ in Islandia alpes, perpetuis nivibus albescant, & quæ ad promontorium nivosum, sive Snevalsjokel sunt, amplius XXX. milliarium spatio, (teste Chytræο μ) in mari conspiciantur. Quæ v. hic contra nos, ex Taciti (1) mari pigro, (2) remigantibus gravi (3) & quod ventis propemodum non attollatur, arripit Arngrimus Jonas ο); Illa ex nimis scrupuloso, (quibus Historicus utitur liberiùs) verborum examine, sunt profecta, adeòq; nobis non anxie hîc attendenda. Præsertim cum ipse inficiari non possit π) æquoris & Euriporum qualitatem, quæ à fluxu & refluxu Oceani, nunc adverso, nunc navigantibus secundo, causatur, summâ in mari circa Islandiam, navigandi varietatem, & navigationis maximè differentē gignere successum.

§. 43. Ea tandem videamus quæ de Thule situ Islandiæ proprio, Autores non sequioris fidei tradunt, Isidorus, Jornandes aliiq; ; Isidorus ε) his Thulen veterum circumscribit verbis: *Thule, inquit, ultima Insula Oceani inter septentrionalem & occidentalem plagam ultra Britanniam; Quem quoq; locum paulò accuratius expendens laudatiss. Cluverius ο) Rectissime inquit, inter Septentrionem & Occidentem i. e. occidentem æstivum, Islandiam describit, recteq; , ultra Islandiam pigrum s. concretum mare i. e. Cronium. Hæc ille. Et simili fermè modo Jornandes τ): Habet (Scil. Oceanus) & aliam in ultimo plagæ Occidentalis Insulam nomine Thylen, de qua Mantuanus: *Tibi serviat ultima Thyle.* (Ubi ως ἐν πηγδα adnoto, corripit hic Jornandem à Johan. Gryphiandro υ) quod Mantuano attribuat, quod Virgilio debebat, sed res caret discrimine). Adeòq; ut non tantum cum Scriptorib; hætenùs visis Classicis, Thulæ situm aperiant eum, quem nunc habere, scimus, Islandiã; Sed præterea etiam, quam Scriptores dicti mundi plagam, per Septentriones suas intellexerint, dederunt explicatum. Et eundem in modum Servius φ) & cum ipso Ludovicus de La Cerda χ) & Clariss. Taubmanus ψ), Thulen, Insulam Oceani inter *Septentrionalem & Occidentalem plagam*, ultra Britanniam & Orchades, locant. Et Orosius Antiquus Scriptor ω) Thulen Insulam, ejusque situm describit his verbis: *Insula Thyle per infinitum à cæteris separata,*
*circium**

circium versus medio sita Oceano, vix paucis nota habetur. Nec incommodè etiam eundem Thulæ situm Daniæ Chorograph^o Pontanus ^{a)} ex Papinii ^{β)}: *Fluctibus occiduis, & γ) vadis caligantibus*, colligit. Et tandem cum Petrarcha Claro illo literarum Excitatore ^{δ)} concludimus: *Illud satis inter multos convenit, Thulen in occiduo tractu esse sitam, & quam longissimè ab ortu solis & à meridie recessisse.*

§. 44. In Islandiam deniq; & tum digitum intendisse videntur Scriptores, quando à longissima in Septentrionem distantia, Thulen suam ultimum Orbis cogniti terminum, atque mundi quasi repagulum, constituunt atq; describunt; Sæpius namq; Ptolemæus ^{ε)} parallelum, qui per Thulen describitur, finem, maris cogniti & terræ cognitæ terminum docet; Quod cum ipso etiam loquitur Beneventanus ^{ζ)} *In Parallelo per Thylen terminatur descriptio Orbis*. Idem etiam Plinius ^{η)}. Atq; hinc etiam est, ut non tantum *ultimam Thulen*, toties denominent Scriptores: ut Plinius, ^{θ)} Solinus ^{ι)}, Boëtius ^{κ)} &, tradente Petrarcha ^{λ)} *Omnis Scriptorum cohors*; Sed in proverbialem etiam transsumpserint locutionem, Poëtæ & autores alii; Thules nimirum nomine, remotissimum quemq; locum ac regionem indigitantes: Et ita Virgilio ^{μ)} acceptum esse testatur Cluverius, ^{ν)} quando amplum Cæsari Augusto imperium ita precatur:

- - - - - Tua nautæ

Numina sola canant, Tibi seruiat *Ultima Thule*.

Ita Statium ^{ξ)} quoq; accepisse approbat Jonas Islandus, ^{ο)} ita Fortunatus de Hilarii fama,

Eloquii corrente rota penetravit ad Indos,

Ingeniumq; potens ultima Thyle colit. ap. Jonam ^{ω)}

Ita Claudianus ^{ε)} ita Juvenalis ^{σ)} ita alii Poëtæ adhibuisse leguntur. Et præter Poëtæ, aliis etiam Scriptoribus familiare fuit. Sic Ammianus ^{τ)} *Etiam si apud Thulen moreretur Ursicing &c* i. e. advertente Salmuth, etiam si moreretur in remotissimo quocunq; loco. Nec aliter Arnobium ^{φ)} accepisse testatur Cluverius, ^{ψ)} Ludovicus de La Cerda, ^{ω)} quando *Ultimam Thylen* nominat. Verum, ut ad rem redeamus, cum ultimum illum Orbis cogniti terminum atq; *extreminatam*, jam supra ^{α)} viderimus ad latitudinem 67. 68. 69. & 70. graduum, pro diverso calculo à

F

Scripto-

a) l. sepius
 cit. p. m. 745
 β) l. 5. Sylv.
 ad Crisp. 55.
 p. m. 112.
 γ) l. 3. Sylv.
 ad Claud. v.
 20. p. m. 74.
 Pontan. l. c.
 p. m. 754.
 δ) l. 3. Fam.
 Epist. 1. pag.
 m. 605.
 ε) l. 3. Geogr.
 c. 5. tab. 7. p.
 m. l. 7. c. 5. p.
 m. 215. &c.
 ζ) Com. in l. 1.
 Ptolem. c. 6.
 η) l. 6. Nat.
 hist. c. 34. p.
 m. 284. V. su-
 pra §. 25.
 θ) l. 4. Nat.
 hist. c. 16. p.
 m. 199.
 ι) Cap. 35. Po-
 lyhist. p. m.
 167. 168.
 κ) ap. Pe-
 trarch. l. c.
 λ) l. 3. Epist.
 fam. 1. p. m.
 605.
 μ) l. 1. Georg.
 v. 30.
 ν) l. c. p. 661.
 ξ) l. 3. Sylv.
 ad Claud. v.
 20. l. 5. Sylv.
 ad Prisc. v.
 92. p. m. 105.
 ο) In Crymog.
 l. 1. c. 1. p. m. 13
 π) l. c. p. 14. &
 in spec. p. m.
 120.



152. *de* *Scriptoribus extendi; Optima consequentia Islandiæ situm,*
Bell. Get. p. m. *quam alterius insulæ cuiusvis per THULEN ULTIMAM indigitari*
 152. *concludimus. Quum præsertim quàm optimè in Islandiam*
 152. *quoque quadrare videatur, illud Senecæ β) de THULE ULTIMA*
 144. *vaticinium:*
 τ) *l. 18. histor. Veniunt annis secula seris* *Laxet, & ingens pateat tellus*
 υ) *Com. in l. 2. Quibus Oceanus vincula rerum* *Typhisq; novos detegat Orbes*
Panior. Tit.
 1. c. 1. b. m. II. *NEC SIT TERRIS ULTIMA THULE.*
 φ) *l. 6. advers. Aperuit enim ceterior ætas plures & alias ultra Islandiam terras*
gent. *Novam Zemiam, Spitzbergam, Grönlandiam &c. quæ & ha-*
 ψ) *l. 3. Germ. bitabiles inventæ sunt, atque hodiè habitantur populosæ.*
Ant. c. 39. p. §. 45. *Sed aliud adhuc nobis suppetit TELUM, idq; QUARTUM,*
 662. *nota videlicet atque notata, Terræ Thulitine proprietas, Illam*
 ω) *Com. in l. enim Pytheas Massiliensis εὐτόπιος apud Strabonem γ) (qui Py-*
 1. *Geogr. Virg.* *theæ aliàs infensus, calculum hîc adjicit) retulit hujusmodi:*
 2. 30. p. m. 189 *α) Supra §. Fructuum mitiorum ibidem nihil, animaliumq; mansuetorum pa-*
 18. 19. seq. *rum ibi nasci, milio & aliis Oleribus, fructibus & radicibus homi-*
 β) *In Med. nes vesci. Has verò proprietates Soli Islandici esse, certissimum*
Act. 2. sc. 3. v. *est; Quod enim de defectu fructuum mitiorum adserit, illud*
 374. p. m. 181. *non inviti hodiernum fatebuntur Islandi, Quod de animalibus*
 γ) *l. 4. Rer. mansuetis, illud etiam, & ipsi Islandi, & qui apud ipsos fuerunt*
Geogr. p. m. *peregrini, testantur: Gallinas namq; sues &c. quos ibi inveniri*
 139. n. 20. *omninò negat Blefkenius δ) in Islandia aliquandiu commora-*
 δ) *In Descr. tus, & alicubi ε) Jonas Islandus ipse; Illos alibi ζ) quia succellu*
Isl. c. 5. apud *temporis illatæ fuerunt, atque altæ, adserit rariores. Et quum,*
Jonam. In A- *non diffitente Jona η) frumento non nisi importato hodiernum*
mat. p. 64. *fruantur Islandi, itq; tantum lautiores, non alienum est con-*
 α) *Com. de Is-* *cludere, quod Oleribus, quorum varia genera in Islandia feri*
land. part. 2. *testatur Islandus θ) radicibus fructibusque vesci sint soliti &*
 p. m. 71. α. *adhuc dum pauperiores vescantur. Et quæ Solinus ι) de Thuli-*
 ζ) *In Anat. tarum conditione scribit, quod principio veris inter pecudes*
Blesk. p. m. 64 *pabulis vivant, illa egregiè Taciti Phrasæologia emollit Ponta-*
 η) *l. 1. Crym. n9 κ) atque Islandis applicat; Tacitus namque de Priscis Ger-*
 c. 6. p. m. 54. *manis ita loquitur: λ) Dominum & servum nullis educationis de-*
 θ) *In Anat. p. litis dignoscas; Inter eadem pecora in eadem humo degunt donec*
 63. 64. *etas separet ingenuos, virtus dignoscat. Hinc fortè etiã Securiores*
 ι) *Cap. 35. Po-* *cum Crantzio μ) Münsterus ν) & alii, de Islandis tradiderunt,*
lyb. p. m. 168. *quod*
 κ) *In Chorogr. Dan. p. m.* *et*
 747. c. l. 2. *disc. Hist.* *Mantiss. 2. p.*
 172. 51.

quod *communi tecto & strato* cum iumentis gaudeant, Et quamquam hæc quoad tectum & stratum in aliquo Islandiæ tractu, vera esse non neget laud. Islandus, §) commodè tamen ita Pontanus o) exponit, quod *vellere pecudum regantur*, vel tegumenta eorum, ex lanis pecudum confecta consistunt; Sed plura de his sequens Disputatio, nos docebit fusius.

§. 46. Et sic pro HELENA NOSTRA satis animosè dimicatum est hætenus: Sociorum tamen multitudine adhuc terrendi sunt Trojani. Atque hoc QUINTUM est MEDIUM nostrum. Multi namq; ac magni, magni nominis & autoritatis viri à nostra hinc stant parte, quos inter Duces primarios duos Celeberrimos Vires Philippum Cluverium π) & Joh. Isaacum Pontanum e), sequuntur, Saxo Grammaticus o) Crantzius τ) Olaus Magnus v), Adam Bremensis φ) apud Pontan. l. c. & Jonam χ) Chytræus ψ) Stephanus ω) Henricus Salmuth α) Bodinus β) Mathias Quædus in Tab. de Islandia. Majolus γ) Fabricius δ) Prætorius ε) Licent Müllerus B. M. ζ) Fournier η) Gryphiander θ) Dalechampi π) Neander κ) Keplerus λ) Reyher μ) & c. quibus jungi possunt tabulæ Geogr. plures: uti Romæ, in Vaticani Palatii porticu tertia & Summa, Tabulæ vetustioris inscriptionem Nathanael Chytræus, ν) conspexit hujusmodi: ISLANDIA *Insula, quam Veteres THULEN nominaverunt*: Idem in Tab. Magini ξ) de Scandia conspicitur & quis omnes, vel Auctores consentientes, vel Geogr. tabulas, numeraret. Et his lubentissimi sese adjunxissent, si supra confectis & hætenus adhibitis armis, uti ipsis licuisset: Sebastianus Schröterus o) Zeillerus π) Crügerus e) Schævius o) Bartholomæus Anglicus Frisius τ) aliiq; & plures forte confidim⁹, qui sua nobis nomina dabunt impofterum. Tanta itaq; vi hætenus oppugnati, tanto etiam nunc militum exercitu perterriti Trojani, malunt nobis NOSTRAM concedere HELENAM, quam experiri graviora. Reducamus itaq; recuperatam, & in *regiam suam veritatis arcem* collocemus Regine istius nostræ cognominem: THULE ANTIQVORUM NOSTRA ISLANDIA; In hac equidem benè munita arce custodiemus eam

F 2

§ 47. Sax. p. m. 122.

α) In Diction. Geogr. p. m. 1145. α) Com. in l. 2. tit. 1. Pancirel. p. m. 11. β) In Meth. Hist. p. m. 178. 179. γ) l. 1. Can. Dier. Coll. 14. p. m. 471. seq. δ) In Thesau. Phil. p. m. 330. ε) Com. in Jul. Cas. de B. G. p. 82. quæst. 33. ζ) In Com. ad Pleb. M. S. p. m. 146. η) In Geogr. part. 1. l. 1. c. 11. p. m. 18. θ) In tr. de Inf. c. 32. n. 22. ι) Com. in l. 2. Plin. c. 75. p. m. 113. κ) In part. Orb.

ter. p. m. 207.
 λ) l. 2. Astron.
 p. m. 166.
 μ) In Syn. Geo
 gr. th. 232. p.
 338.
 ν) In delit. Itin
 in Eur. p. m. 33
 ξ) In Geogr.
 p. m. 95.
 ο) In Eur. De-
 scr. c. 13. p. 959
 π) Index neuē
 Besch. des
 Dement. p.
 m. 50. seq.
 ς) Disp. 2. Geo-
 gr. th. 14.
 σ) In Scel.
 Geogr. p. m. 5.
 τ) Fris. de Orb
 divis. c. 4. p.
 m. 12.
 υ) In theatr.
 Orb. Tab. 98.
 φ) In Eruditiss
 ad Ptolem.
 Libr. Praef.
 χ) Com. in l.
 κ. Ptol. in
 praefat.
 ψ) Ptol. l. 2.
 Geogr. c. 3.
 tab. I. Eur.
 p. m. 34.
 ω) In praef.
 ad lector. Ta-
 bulis Abrah.
 Ortelii Ver.
 Geogr. adnexa

constantes, sed ab hostibus minùs tuti; Videmus enim quan-
 ta nobis denuò bella parent Trojani, quantas adversus nos pro-
 ducant cohortes, jamjam impetum in nos facturi.

§. 47. SEXTUM proinde TELUM, quod & scuti simul ac catapul-
 tæ vicem nobis præstabit, nunc nobis erit adhibendum; Et-
 enim & excipienda & retorquenda, & excutienda & confrin-
 genda erunt tela adversantium, Sed quem habent belli Duce[m],
 nostri illi oppugnatores? Quis ille? Ptolemæum referunt, Prin-
 cipem illum Celeberr. Ortelii) aliorumq; judicio, Geogra-
 phorum, quem tantis elogiis, antiquis Geographis omnibus
 antepone[n]t Clariss. Bertius φ), quem, laudante Beneventano χ),
 in describendo Orbe, in Relatione ad cælum, cunctos superasse omni-
 um consensu comprobatum est. Et eminùs jam conspici[m]us, quàm
 gravis multorum in conspectu prodeat, quàm animosus mul-
 torum in conspectu aciem producat. Sed jaculantem cavea-
 mus, caveamus primum telum ψ) καὶ ἐστὶ ὑπὲρ αὐτὰς ἡ Θύλη, ἣς τὰ μὲν δύο
 μικρότερα ἐπιχρᾶσι μοῖρας δ, ε γ. &c. Et super has (sc. Orchades) Thule
 est, cujus insulæ pars, quæ maximè ad occasum tendit, gradus ha-
 bet 29°. (sc. longit.) & 63°. (latitud.) quæ maximè ad Ortum 31.
 40. (longit.) 62. 15. (lat.) quæ maximè ad austrum 30. 20. (long.)
 62. 40. Quod idem telum, ex pluribus locis in nos jaculatur,
 estq; illud, quod conjunctis viribus, maximo cum conatu, in
 nos detorquent omnes, quotquot ejus Socios experiemur ad-
 versus nos pugnantes. Quare, si hoc feliciter excusserimus, Pto-
 lomæi telum, reliqua quæcûq; in nos directa atq; projecta fue-
 rint, contrectabimus innoxia. Et quanquam Ptolemæus ipse,
 & qui ejus partes hic sequuntur, nō tantas in nos fovere atque
 evomere inimicitias videntur, quin cum Pontano ψ) nobis ad-
 sociare, inque arcem nostram recipere possimus, malumus ta-
 men apertos experiri hostes, quàm infideles deplorare socios.

§. 48. Sed quæ TELI ISTIUS vis sit, exploremus; At exploravit
 jam Celeber. Bertius Geographus eximius ω). Postquam n.
 Ptolemæum antiquis antetulerat Geographis; Sed, inquit,
 Alexandria quū viveret & tabularum ab aliis descriptarum fidem
 sequeretur, non est mirum, si loca quædam aliter descripserit, quàm
 revera sita sunt, nusquam enim faciliùs, quàm in hac parte erratur,
 Et quantos in Gallia, Cypri, Germania & Scandinavia descriptio-
 nibus

nibus commiserit errores Ptolemæus, pluribus ostendit magni nominis Cluverius *a*); Quantos in *Alpinis & Transalpinis tractibus* designandis Possevinus; *β*) Quantos in *regionibus & Insulis borealibus* constituendis & denominandis Pontanus; *γ*) exponunt fusissimè. Ut illum taceam, quem animadvertit Gemma Frisius *δ*) circa Orchadum longitudinem $7. 3^{\frac{1}{2}}$. errorem; longitudinem $n. 2^{\frac{1}{2}}$. cum semisse hodiè habere observatum est; Ptolemæus autem 3° . ipsis tribuit. Unde meritò hîc excusator Summi Critici & Polyhistoris Celeberrimi Dni. D. Reinefii *ζ*) Patroni mei longè maximi, iudicium, & gravissimum, & dexterrimum, quod dubio mihi, de magna Ptolemæi autoritate, benevolè communicavit hujusmodi: *In hoc saltem videris sublevandus esse, erigendusq; quod stante sententia vestra, auctoritatem Ptolemæi labi, minuive contingat. Quid a. metuis γαδè, ne homo qui fuisset, errasse deprehendatur, dicaturve? Quin audacter adserere, Ptolemæum in Geographicis magnum quidem fuisse & haberi suo merito, sed turbatorem quoq; magnum, & in omnibus ferè Orbis terrarum regionibus, errores seminasse, quos etas posterior, & doctorum hominum observationes nobis detexerunt. Nihil in artibus à primo ortu simul perfectum est, sed crescunt ea per appositionem; Et nihil decedit priori, si posterior de suo utilia quadam & necessaria adjecerit. Imò certum prorsus est, in assignandis longitudinum, latitudinūq; gradibus, præter auctoris mentè subindè φάλακτα à librariis minùs attentis tot decursu seculorū irrepisse. Adeòq; quod pensatū est Oculatiss. Geographi Cluverii *η*) iudiciū, nostrū hic etiam volumus; Germaniam namq; distributurus, Ptolemæum ac Strabonem perturbatoriè & parùm bona fide distinxisse, dicit: *Pessimè tamen, addens, Ptolemæus, adeò omnem perturbans Germaniam &c --- Fides igitur illi sit, quatenus cum reliquis consentiat; Ubi errat communi illo excusetur ratione, quod remotiora Septentrionis homini Ægyptio, minùs cognita explorataq; esse potuerunt. Quibus v. verbis Ptolemæi auctoritatem infirmat atq; infringat acutissimus, uti celebratur, **)* Spornmannus modò nō vehementioribus abreptus adfectib; adducit Doctilissimus Jonas; *In multis, verba sunt laud. Spornmanni, Veteres errasse Geographos, Strabonem, Melam, Dionysium, Solinum, Plinium &c. neminem Ptolemæo turpius; Ut riden-***

a) In Prefat. ad Geogr. Antiq. de Vet. Geogr.

β) Lib. 15. Biblioth. c. 20.

γ) In Chorogr. Dan. Descr. p. m. 672. & 703.

δ) In Not. ad Appian. p. m. 45.

ε) Lib. 3. Germ. Antiq. c. 1. p. m. 518.

ζ) In lit. ad m. tenuitat. dati.

η) l. 3. Germ. Ant. c. 40. p. m. 665.

**)* In Diss. Geogr. An. 1636. Hafniae proposita.



di potius sint, quàm refutandi: qui primum non tantum inter Geographos locum illi assignant; Verumetiam ab eo, quotquot sententias discedunt, corrigendos esse existimant.

m) Ptolem. l. I.
Geogr. c. 4.
pag. m. 5.

§. 49. Sed cur tanta cum vehementia Ptolemæo nos opponimus? cur referimus tam acerbè in ipsum dicta? Agnoscit en. & fatetur ipse *teli huius infirmitatem*, agnoscit nimirum *Geographiæ suæ defectus*, fatetur borealis poli *elevationes minus accuratè observatas*. Postquam enim quæ ad Geographiam necessariò præsupponenda sunt, *Peregrinationem & Observationem* docuerat prolixius, & deindè ostenderat, quàm quæ observata sunt ex apparentiis, præferri debeant iis, quæ ex peregrinationis comperta sunt historia, expressis verbis subjungitⁿ⁾: quod peregrinantes observationibus non sint usi, quod propterea orbis descriptio, non penitus sit certa, quod elevationes poli borealis paucæ cognitæ, & deniq; quod observationes propriæ, tanquã fundamenta præsupponenda & aliorum his adaptandæ. Quam verò fuerit vel *propriis*, vel *accuratis* aliorum etiam, observationibus destitutus Ptolemæus, & levibus saltem instru-

9) l. I. Geogr.
c. 5. p. m. 6.

ctus *traditionibus* ex sequentibus non poterit esse obscurum 9) *Constat enim multas partes continentis terræ, quæ à nobis habitatur, nondum propter difficilem magnitudinis peragratiōem ad notitiā pervenisse; Quasdam vero non ita ut sunt descriptas esse, ob ignorantiam ipsorum qui observationes exceperunt.* Unde necesse est, ut novissimis nostri temporis traditionibus penitus inhæreamus.

1) Ptolem. l.
c. c. 5. p. 6.
x) De Divis.
Orb. c. 4. p.
m. 12.

§. 50. Huiusmodi itaq; cum ipse Ptolemæus caruerit necessariis locorum *Observationibus*, & prætereà sæpius inculcet¹⁾ *ὅτι τὰς ἐγγύτατας τῶν ἰσοπέδων ἀποκεκτόν* sive, *quod recentioribus magis inherendum sit historiis*; Nostram omninò de Thule Insula approbaturus esset sententiam. Si præsertim (1) cum Gemma Frisio^{x)} compererit, *nullam* eo in loco deprehendi insulam, ubi ipse Ptolemæus sc. *Thylen* suam statuit; Si animadverteret etiam (2) quàm malè $6\frac{2}{3}$ latitudo & XXI. *parallelus* conveniant, cum hic accuratiori calculo nobis tantum $55\frac{1}{4}$ latitudinem exhibeat. Et prætereà (3) videret, quam simul *accuratissimis Observationibus & historiis verissimis* instructi: *Parallelum* illum, quem per Sarmatiæ simul oram maritimam & Thulen insulam duxit, *majorem* habere LXIII. graduum latitudinem, & (4) Longitudinem

dinem 31. vel 33. graduum Thulæ à se tributam Scandinaviæ in
 latitudine LXIII. graduum competere, quam tamen & ipse à
 Thule diversam cupit; Aliam certè lubentissimè nobiscum,
 Thulæ Insulæ latitudinem & longitudinem adsignandam esse,
 concluderet, comprobaretq; *Celebratissimam Thulen, nostram
 esse Islandiam.* Et ex nostra quoq; nostri temporis historia di-
 sceret, Thulen non ultimum nunc esse Orbis cogniti terminum.
 Atque dum hocce telum trabale Duci Ptolemæo feliciter ex-
 cussimus, omnibus simul ejus eripuimus fociis ac militibus.
Alterum, quo nos petere videtur Ptolemæus ¹⁾ ex diei maximi
 XX. horarum longitudine depromptum, jam supra ²⁾ contrecta-
 vimus innoxium, nostrisq; telis adjunximus. Quanquam quo-
 modo XXI. parallelus, XX. horarum longissimum diem refe-
 rat, non satis quoque appareat. Illæsi interea illæsam in mu-
 nitissima sua arce veneramur, atque amplectimur HELENAM
 nostram, nec quosquam adversus nos prospero successu quic-
 quam molituros confidimus.

³⁾ §. 51. Suas tamen nihilominus *adversus nos* experiri conatur
 vires, *Praclarus* ille, ac *eximii nominis* Geographus Abraham
 Ortelius ⁴⁾, qui, non tam *Ptolemæi* (quam certis indiciis, jam
 suspectam non ignorabat) quam *Procopii autoritate*, ejusq; *ra-
 tionibus* pugnandum esse arbitratur. Quem proinde uti non
 immeritò gravissimum Scriptorem prædicat, & magni haben-
 dum svadet, ita se tribus, ab ipso machinis, iisque; sat validis ad-
 versus nos instructum esse opinatur, quibus & arcem s. senten-
 tiam nostram subrutam, & nos ex illa deturbatos fore confi-
 dit. Prima est: *Thulen Procopius* ⁵⁾ *tradit decies majorem Bri-
 tannia, & tredecim nationibus, totidemq; regulis inhabitari; Cum
 Islandia ipsa Britannia longè minor sit.* Secunda: *Thulen Scrito-
 finnas populos incolere, quæ gens in eadem Scandia superest, non
 item in Islandia.* Tertia: *In Thule esse vastissimas sylvas, In Islan-
 dia v. prorsus nullas esse.* Verum nec Procopii autoritas adeo no-
 bis facta est, nec machinæ tam vehementes, quin ipsis nobis
 opponere audeamus. Etenim vel solius Doctissimi Cluverii ⁶⁾
 iudicio supra ⁷⁾ notato, autoritatem illam abjicimus: *Quam n.
 inquit, mirifice Procopius circa Septentrionis terras vera falsis u-
 biq; permisceat, cui ignotum esse potest;* Et idem hîc de Procopio
 Clar.

¹⁾ l. 6. Geogr.
²⁾ c. 2. tab. 1. Eur.
³⁾ §. 31.
⁴⁾ In Theatr.
 Orb. Tab. 98.
 & in Thesaur.
 Geograph. ap-
 pondan. in
 Chorogr. Dan.
 Descr. p. m.

749.

⁵⁾ l. 2. Bell.
 Goth. p. m. 92.
 seq.

⁶⁾ l. 3. Germ.
 Ant. c. 39. p.
 m. 661.

⁷⁾ §. 36.

7) l. 1. Decif. Clar. Pontani π) est iudicium. Et machinas illas facili etiam negotio remō-
 Hist. c. 2. p. m. vemus: Iphimet n. 1) non negamus cū Cluverio e) Stephano r) Zeillero τ) Scan-
 7. & in Choro- dinaviam à Procopio verè & disertè depingi; Quàm vero (2) illud fiat in-
 gr. Dan. De- cōvenienter & à vero alienum sit, & quàm malè proinde Procopii fidem hic
 Script. p. m. sequatur Ortelius, vel ex eo, quod nobiscum maximè urget Pontanus, v)
 e) l. c. p. 661. concludere potuit, quod Thulen antiqui pariter Scriptores, atq; recentiores
 & Magino Insulam semper habuerint, habeantq; Scandinaviam verò Peninsulam esse
 in Geogr. p. & ipse tradat Ortelius φ) & pleriq; fateantur Geographi moderni: Licet
 m. 96. enim Jornandes Historicus, χ) veterum quorundam, ut Plinii, ψ) qui Scandi-
 e) In Diction. am incomptæ magnitudinis insulam dicit, Lampsceni ω) Diodori Siculi α)
 Geogr. p. m. & Solini β) errore circumventus, Sanziam suam tanquam amplam insulam
 248. descripsit, nullum tamen exinde Sententiæ ipsius accedit patrocinium cum
 τ) In der neu aliud jam à Bilibaldo Pirckheim observatum scribat Bertius γ), videlicet
 en Belrebesh. totum illum Norvvegiæ, Daniæ & Sveciæ tractum continentem esse, non
 der Kōnigr. undiq; mari circumfluum. Nec 3. gloriatur Ortelius, se quicquam vastissi-
 Dennem. & c. mis illis Procopii sylvis obtinuisse; Quibus licet adhuc hinc inde horreat
 p. 18. 19. Scandinavia, non semper tñ. Islandiam sylvis denudatam fuisse, ex Jona Is-
 v) In Chorog. lando δ) annotavimus supra e); ita namq; ille: *Ut ut verum natura ita conse-*
 Dan. p. m. *quit, ut maxima pars Islandiæ careat sylvis, nihilominus passim restant.*
 749. §. 52. Sed alia adhuc adversus nos apud Pomponium Melam ζ) & Ptole-
 φ) In Theatr. mæum η) Ortelius arma conquirat, quibus nos hic expugnare conatur (1)
 Orb. Tab. 97. quod Pomponius Thulen Belgarum litori oppositam scribat, non Britanno-
 χ) l. 1. de Reb. rum, uti hæc Islandia. (2) quod Geographorum Princeps Ptolemæus partes
 Get. longitudinis 29. & latitudinis 63. Thulæ tribuat: Islandiam v. nostram sub-
 ψ) l. 4. Nat. jacere 9. longitudinis & 6. (sed menda videtur) latitudinis. Sed quàm in-
 Hist. c. 13. p. felici hic iterum Ortelius pugnet successu, ex paucis erit perspicuum. Qua-
 m. 197. enim (1) Ex ratione & levi tabularum Geogr. inspectiōne clarum est, quod
 ω) ap. Plin. l. unus idemq; locus diversis, diversarum plagarum respectu oppositus esse
 4. c. 13. p. 197. possit, non apparet, quid solidi adversus nos ex illo Pomponii loco oppo-
 & Camertem nere valeat, præsertim quum non addatur, versus quam plagam Belgis
 Com. in c. 30. Thule sit opposita. (2) Accedit diversa Pomponii lectio, pro Belgis n. le-
 Solin. p. m. 153. gunt alii cum Pontano θ) supra i) notati, Bergas; Quomodo itaque, quæso,
 α) lib. 6. Ca- Thule quam Scandinaviam vult Ortelius, Bergarum litori erit opposita
 mere 153. l. c. cum Bergæ ipsæ, in Scandinavia sint sitæ. Et (3) quàm Pomponius Mela
 β) cap. 30. Thulen & Scandinaviam diversas faciat regiones, quàmq; diversa à diversis
 Polyb. p. m. 155 tradat, ex eodem Melæ loco, luce meridiana est clarius.
 γ) l. 1. f. 180. §. 53. Nec quicquam ipsi præstat subsidii Ptolemæi autoritas, utpote quam
 δ) In Anat. (1) viribus omnibus hic enervatam vidimus jam antea κ) Neq; (2) quæ à Pto-
 Blesk. part. 2. lemæo longitudo atq; latitudo Thulæ data, pro ipso quicquam hic facit, sub
 p. 64. quâ tñ, quia nihilominus delitescere discupit, multis se onerat absurditatib.
 e) §. 40. Si n. Tilemarchiæ (quod verba ipsius præcipuè volūt, adaptare voluerit, Ce-
 ζ) l. c. p. 57. leberr. Pontani habemus iudicium λ): *Quid audio Orteli? Quod dictum sanè*
 η) l. c. l. 1. Geo- nollem. *Norvvegiæ etenim Tilemarchia multò est Bergis meridionalior, utpote*
 gr. c. 3. Tab. 1. *ad gradum elevationis quinquagesimum sextum aut Septimum vix procedens,*
 θ) l. c. p. 744. *quod & tabulæ hodiernæ. quæ sunt in manibus liquido ostendunt, quomodo igitur*
 i) §. 41. *convenire hic & latitudo & longitudo poterint; Cum Thule Ptolemæi ad gra-*
dum

Quam usq; 63. & ultra excurrat; Sin verò toti Scandinaviæ, quam Thulen x) §. 48. 49.
 vult, istam longitudinem & latitudinem voluerit tributam, cum acutissimo seq.
 sentimus Cluverio, ita scribente µ): De latitudine equidem facile Ortelio con- λ) In Choro-
 sesserim, quippe cum Scandinavia inter duo promontoria Falsterbo & Nordkyn gr. Dan. p. m.
 immenso spacio XVIII. circiter gradus in latitudinem occupet, facile ex aliqua 749.
 parte parallelus ejus Thule Ptolemaica convenerit. At de longitudine controver- µ) l. 3. Germ.
 siam ei movere ausim non levem. Nam Ptolemæus Germania partes maxima occi- Ant. c. 39.
 dus quæ sunt ad ostia Rheni ponit sub gradu 82. Thules a: partes maximè Orien- p. m. 657
 tales sub gradu 31. scrup: 40. Quæ ratione Thule tres tantum graduum & 40. scrup-
 pulorum spatio Germania in Septentriones versus opposita foret, reliquum verò e- v) l. c. pag. m.
 jus in Occidentem versus super Britanniam porrigeretur. Quod falsum esse in 657.
 Scandinavia, nostri seculi Geographorum solertia, satis clarè aperuit. Et plura o) Supra §. 50
 sunt absona, quibus Ex injum alias Geographum Ortelium convincit Ocu- w) l. 2. Geogr.
 latissimus Cluverius 1). c. 3. tab. 1. p. 32

§. 54. Verum (4.) quàm ad partes suas Ortelius Ptolomæum trahat in- e) l. 2. Geogr.
 vitum, non potest esse obscurum ei, qui Ptolomæum aliquantum attentius in- e. 12. tab. 5.
 spexerit; Thulen namq; & Scandiam tanquam diversas regiones diversis in p. 52.
 locis, sitibus diversis & diversimodè describit; Thule situm (quem tn. infi- σ) In pref. ad
 ciati sumus o) accuratum) 6^o 3. latitud. 3^o 7. longitudinis gradu determinat, lect. de Germ.
 π) Scandias v. suas q) (ut hic non levis infimuletur erroris à laudatiss. Clu- Antiq.
 verio σ) pro diversa extremitate in 4^o 5. longitud. & 5^o 7. latitudinis describit; & l. 3. Germ.
 Thule τ) τὴν μεγίστην ἡμέραν ὁρῶν ἰσημερινῶν. κ. sive maximum diem 20. horarum Ant. c. 37. p. m.
 æquinoctialium & distantiam ab Alexandria 2. horarum æquinoctialiū. Scan- 156. 157. seq.
 dia verò υ) τὴν μεγίστην ἡμέραν ὁρῶν ἐν. f. Maximam diem horarum 18. & di- τ) l. 8. Geogr.
 stantiam ab Alexandria 1. horæ. Nihil itaq; minùs, quàm Scandiam pro Thu- c. 2. tab. 1.
 le habuit ipse, aut habendam etiam docuit Ptolomæus. Et (5.) Quid magis Zur. p. m. 250.
 etiam à reliquis Scriptoribus Classicis est alienum. Videmus n. quàm notabi- υ) l. 8. Geogr.
 le pleriq; Plinius in locis diversis, φ) Solinus, χ) Pomponius Mela, ψ) Tacit- c. 2. tab. 5.
 tus ω) Jornandes α) aliique, & recentiores præter Ortelium β) omnes, inter φ) l. 4. Nat.
 Scandiam & Thulen faciant discrimen. hist. c. 13. p.

§. 55. Quod verò ex nominis vestigio colligit in Scandia (ut loquitur) sive 197. c. 16. p. m.
 specialius, Norvegia deprehenso, ubi tractus aliquis Tilemarchia (i. e. ipso 200.
 interprete, Marchia s. limes Thulæ) appellatur, illud nobis non multum hic χ) l. sepe cit.
 poterit obesse. Ut enim 1) pluribus non notemus nominis inconvenientiam, p. m. 167.
 in literis & syllabis obviam; Ex dexterrimo Cluverii γ) aliorumque judicio ψ) l. 3. de situ
 2.) pessimam judicamus τδ γοογγ. φειν rationem, levem nominis allusionem Orb. c. 6. n.
 in quavis regione & loco, sine acriori aliqua rei disquisitione temerè seqvi. 50. p. m. 57.
 Et (3) quomodo Scandinavia, quæ ipsa Tilemarchiam continent, marchia si- ω) l. 4. Hist.
 ve limes simul Thules, & Thule ipsa erit: Quomodo etiam α) non aliud erit c. 16. n. 7. In
 Thule, inquit Pontanus δ) aliud Norvegia, cum testante Plinio l. c. ex Norve- Agr. c. 10. n. 6
 gia in Thulen navigari olim sit solitum. Quibus telis sic feliciter Ortelio ex- α) Lib. de reb.
 cussis, omninò erimus ab ipso tuti, neq; etiam quod confidimus, suæ senten- Get. p. m. 803
 tiæ propugnatores, habiturus est posterum. β) l. c. Tab. 98

§. 56. Sed alii sunt, qui alia adhuc nos adoriuntur via, iiq; sat multi. Præ- & in Thes.
 cipui autem sunt: Peucerus ε) Camdenus ζ) Gerhardus Mercator η) (aliud Geogr. ap.
 Schævio) θ) Ortelius, i) apud Pontanum κ) Maginus, λ) Alstedius, μ) Eberhardus Pont.

Schul.

657. Schultesius v) & alii, qui ut nostram nobis eripiant HELENAM (sententiam) speciosam aliam obtrudere nobis conantur, videlicet Thulen Antiquorum, esse Scetlandiam sive Het- vel Haitlandium (ut scribendum in cul- Hist. c. 4. p. 14 cat Arngrimus §) idq; his mediis: Quia (1) Scetlandia f. Hetlandia à Nautis d. l. i. c. 21. p. dicitur Thiel In sel, quòd nomen & sono & significatione cum Thule Insula convenit; 2. Quia Scetlandiæ latitudo cum Thules Insulæ latitudine 63. rogr. Dan. p. 749. graduum consentit egregie, quia 3. bidui navigatione à Caledoniæ promontorio sive Cathnes abest, qua distantia Thulen ponit Solinus; Quia 4. a) De Dimens. Thule juxta Pomp. Melam Belgaram litori est opposita, quod etiam in Scet- Ter. p. m. 57. landiam quadrat. Verum quam fortiter etiam sibi videntur pugnare, nihil §) De Britan. tamen & hic efficiunt. PRIMUM: quod Peucerus l. c. reliquis suppeditat p. m. 745. p. medium, variis modis ac mediis retundere possumus: 1. In Genere, ut supra cum laudatiss. Cluverio o) notavimus: malam imò pessimam esse rationem τὴ γέογγραφείν, levem nominis allusionem sequi 2) In specie i) quod si illud Peucero concedere habeamus, vel Tilemarchiæ (quæ est in vicina Norvvegia) aut ipsius Thules ad spectu cum Pontano l. c. ita appellatam arbitramur. Et cum 2) nomen insulæ in literis utiq; clarum, ignorent indo- Geogr. p. 5. cti, scribente Petrarcha π) 3. Nautarum, ut hominum plerumq; imperitorum judicio in re ardua, non erit innitendum, qui ubi Thule Insulæ nomen audierunt, insulæ obviæ pro lubitu imposuerunt, sine accuratiori sitis cura. x) In Chorogr. §. 57. SECUNDUM, quæ nititur autoritate cadit; Præterea n. quod Dan. p. m. 749. Ptolemæi autoritas omnibus viribus hic est destituta (uti supra e) fuit); Patet etiam, quam minimè cum ipsis hic Ptolemæus faciat: Nam 1) Thulæ Insulæ Ptolemæus longissimum diem (ut vidimus o) tribuit XX. horarum; At in Haitlandia f. Scetlandia ipsimet hujus sententiæ sectatores 300. a. Maginus τ) Alstedius α) maximam diem XIX. horarum cum dimidia, statuunt; & longè majorem Ptolemæus statuisset si septentrionaliora Thules accuratius habuisset cognita. 2) Thule suæ Ptolemæus θ) LXIII. gradum latitudinis tribuit; At Scetlandiam vix ultra 60. & aliquot minutorum latitudinem exurgere tradit Pontanus γ). Nec multò major existat part. Gen. l. 2. XIX. horarum longissimo die colligitur. Sed demus (3) latitudinè LXIII. c. 1. p. m. 236. graduum Hait f. Scetlandiæ competere: Quomodo quæso (1. XXI. parallelus, quem Ptolemæi δ) Thule habet, & XXXI. parallelus, quem Maginus Spec. Sect. 2. e) Alstedius §) Scetlandiæ adscribunt, convenient; Quomodo 2) longitudinem Thulæ à Ptolemæo determinatam Scetlandiæ applicabunt? Annò 1. e 2. p. m. 501. §) §. 55. Scetlandia tam vasta est Insula, ut per tot gradus à 29. ad 31. vel ut aliæ o) l. c. p. m. 658. editiones habent ad 33. longitudinis porrigatur? Et si hanc etiam magnitudinem concederemus; Annon 2) cum Scandinavia fieret continens, ut m) l. 3. Epist. quæ jam in 29. longitudinis gradu juxta Ptolemæum η) incipit. Atq; ex his fam. 1. p. m. 606. constabit ipsis, quam non habeant Ptolemæum suarum partium studiosum. g) §. 48. 49. Et si etiam haberent, curiosius Thulen quærentes, nullam cum Gemma Frisio S) supra adducto, Insulam eo in loco reperirent, ubi Thulen suam septentrionalium ignarus locarat Ptolemæus i). TERTIUM, quod ex viatiato Solini loco est petitum, in tantum abest, ut quicquam ipsis adjumenti p. m. 99. β. & præter, ut potius, (quod observavimus já antea κ) locus debito modo restitutu, quàm maximè pro nostra pugnet sententia. QVARTUM verò quàm 100. a. α) l. 3. Geogr. feliciter pro nostra pugnet Helena, experti etiam sumus superius, & idem hic

hic denuò experitur Pontanus λ . Quæ verò præterea ex Saxonis Gram-
matici, Crantzii, Nicolai Germani, autoritate, adversus nos disputat Bri-
tannorum Chorographus Camdenus, μ) illa solidissime apud laudatiff. Pon-
tanum ν) legimus jam refutata.

§. 58. Et quanquam nos denuò provocet Hornius σ) iisdem tamen quia
in nos irruit armis, quibus alii (præsertim Spho præcedente vili) iisdem
quoque, quibus alii profligati, profligandus erit; Latitudinè namque in quam
Ptolemæus Thulen collocat, Islandiæ non competere, idque ex Faciti A-
gricola constare dicit; Neque recentiorum quorundam ipsi probatur sententia, ρ)
qui Scet-sive Haitlandiam pro Thule arripiunt; Sed cum Johan. Majore Y-
lam unam Hebridum pro Thule accipiendam docet, Idque exinde, quia & no-
men & situs concordant. Sed χ de nomine quod habeamus respondere jam
aliquoties ψ innuimus, præterquam quod vocabula etiam Thule & Yla,
tàm in literis, quàm etiam in syllabis cuique loquantur disconvenientiam. Et
cum ζ Ylam Ebudarum sive Hebridum Insulam Ptolemæus η) teste Clarif-
simo Bertio & θ Camdeno τ) per Epidiû innuerit, eamque in 18° . & 30° . lon-
gitudinis & 62° . latitudinis collocarit, quis quæso non videt, quantû à laudat
Hornio dissentiat: Et demus etiam ζ Ylæ Hornii latitudinem tantam, quan-
tam Ptolemæus Thule voluit, qua ratione aut quo medio longitudo Thulæ
Ptolemaicæ, Ylæ adaptabitur. vel 4 etiam quæ Hebridum vel potius Ebu-
darum Insula tantæ erit, ut in longitudine ultra tres gradus extendatur. Et
evidenti que ξ Geographiæ Cultori ignotum erit, aut certè ad primum intui-
tum non apparebit, quàm expressè & aperto discrimine à Ptolemæo ν) Ebu-
dæ omnes ab Insula Thule discriminentur.

§. 59. Sed præter hos alii adhuc sunt, qui licet nostram non impugnent sen-
tentiam, aliam tamen amplectuntur; Et hos in duas quasi classes, videmus
distributos; Quarum altera altius ad polum mundi progreditur & Thulen
Insulam vel cum Milichio ϕ) in Grønlandia quærit, vel cum aliis apud Alse-
diû χ) in Frislandia, vel inter insulas Farrenses cum Sebastiano Schrötero
 ψ) Verum dum longius procedunt, non tantum à vero Thulæ situ aberrant,
sed suo etiam cum periculo in Scopulos Chronologicos impingunt. Thule
n. nostra, longè ante, quàm hæ regiones & insulæ inclaruerunt, Autoribus
fuit celebrata. ALTERA CLASSIS imperitioribus est instructa navarchis
qui altiora Oceani tentare non audent, sed in litore statim subsistentes Thu-
len Insulam cum Albategnio Arabe aut Comenia Alexiæ filia apud Pontanum
 ω) & Arngrinum Jonam α) se ibi putant invenisse, Ubi Britanniam conspici-
unt. Alii majori ausu progredientes ubi, Thylensey conspiciunt, aut cum
Milichio β) Orchades appellant, harum aliquam Thulen esse sibi persuadent.
Sed quàm inviti hinc etiam discesserint, tamen à superius adductis Scriptori-
bus Strabone, Plinio, Solino, Mela aliisque propelluntur; Et cum ultra Bri-
tanniam & ultra Orchades Thulen suam expressis verbis locet Ptolemæus
 γ) illum hic experientur maximè adversantem. Quæ v. ap. Schrevelium δ)
opinio, Hispaniæ aliquam Insulam pro Thule agnoscendam illa ex superius ex-
plicatis abunde poterit esse refutata. Schrichinniam qui apud Jonam pro
Thule nobis obtrudere conantur, iis modis ac mediis, quibus supra Or-
telius retunduntur.

§. 60. Quibus sic feliciter propulsis hostibus, Helenam nostram in suo so-
lio

at
No
593

l. 3. Geogr. c. 2. p. m. 14. 29. Islandiam. Et si tanquam de re bene gesta nobis hic non decerneretur triumphus, --- Dabimusq; Divisura benignis. e)

Cosmic. p. m. 181. Atq; hæc hæctenus de *Genuina Thules Insula* definitione, ejusq; vero situ, Divisio nunc ejus *Generalis* cum *Specialibus* quibusdam Sectione altera, erit proponenda.

Hist. c. 3. p. 7. *Generalis Thulæ nostræ divisio* fit secundum quatuor mundi plagas in quatuor quadrantes: *Semptentrionalem*, *Australem*, *Orientalem* & *Occidentalem*; *Speciales* divisiones fiunt ratione *Regiminis* vel *Ecclesiastici* vel *Potitici*.

l. 1. Discuss. *§. 1.* Divisionem istam generalem plerisq; qui de Islandia aliquantum explicatiùs scripserunt, ut Mercatori *§*) Ortelio *¶*), Quado *§*) Alstedio *¶*) Jo-
Hist. c. 3. p. 7. nae Islando *¶*) aliisq; legimus probatam. Lingua verò Thuktis sive Islandis vernacula istæ insulæ partes dicuntur: *Nordlendingafjordung*, quasi dicas interpreto Ortelio *¶*) australis seu meridionalis quadrans *Austlendingofjordung*
u) In Spec. Isl. p. m. 120. *§*) *Septentrionalis* s. borealis quadrans; *Sudlendingafjordung* / Orientalis quadrans; *Vestlendingafjordung* s. Occidentalis quadrans.

Plin. c. 75. p. m. 370. *§. 2.* Quibus verò terminis singuli hi quadrantes includantur, describere voluit doctiss. Islandus Jonas *¶*) sequentibus: *Borealem* quidem *Islandiam* ab Orientali promontorium *Vauganes*; Ab Occidentali sinu *Rutafjordur*; Ab Australi resq; vorum *vasta* *deserta* secundum longitudinem *Insula* porrecta discriminant *Australem* v. *Islandiam Boreali*, resq; vorum istorum interjectu oppositam, ab Orientali fluvius *Joculsal* in desertis, *Solsimafandæ* decurrens: Ab Occidentali etiam notabilis fluvius *Albis* nomen sortitus, & in sinum *Borgarfjord* sese exonerans dividit: Quam *Insulæ* divisionem deinde perquam convenienter humana specie representat.

l. sep. cit. l. 2. c. 3. tat. i. p. m. 32. *§. 3.* Deinde ratione *Regiminis Politici* divisio, eaq; antiquis usitatior est, qua singulos *Insulæ* quadrantes, *quartus* s. *tetradius* rursus in tres *tertius* sive *Provincias*, ut nominare mavult Islandus Jonas, *¶*) dividebant præter borealem, quæ ob amplitudinem rursus in *quartus* s. *4.* provincias tributa est. Atq; sic tota *Islandia* in *XIII.* *Provincias* fuit divisa, quas *Reppas* dicunt.

§. 51. 52. seq. *§. 4.* Dividitur deniq; ratione *Regiminis Ecclesiastici* apud Ortelium *¶*) Chitæum *¶*) Maginum *¶*) Arngrinum *¶*) Jonam *¶*) aliosq; in duos *Episcopatus* *ca-*
Horat. l. 4. Od. 2. *thetrales* *Schalholt* & *Holam*, quorum ille in parte insulæ est meridionali hic in boreali; uterq; v. *Schalam* tenuem latinam, adjunctam habet, in qua 24. pueros suo sumptu alere & erudire istius sedis *Episcopus* tenetur. Sed & hæc uberiùs, & quæ in exordio promissimus: *Elevationem poli* præcipuorum *Islandiæ* locorum; *Originem populorum*; *Gesta eorundem*; *Regimina*; *Ecclesiasticum* & *Politicum* &c. Altera de *Thule* nostra *Disputatio* explicabit. **DEO** verò **Opt. Max.** pro concessa gratia. **ÆTERNA SIET BENEDICTIO.**

In Atlant. Tab. de Isl. p. m. 43. *Longitudo* alicujus loci, potest esse ejus *latitudo* & vice versa: Unde *Hibernia* quæ *Straboni* *¶*) : *περὶ μῆκος αἰῶρον δὲ πλάτος ἔχουσα*: s. *latior* est quàm *longior*, *longior* quoq; est quàm *latior*.

In Theatr. Orb. Tab. 68. *Physica* est *scientia theoretica*,
¶) Tab. de Isl. ab Orientali fluvius *Joculsal* in desertis, *Solsimafandæ* decurrens: Ab Occidentali etiam notabilis fluvius *Albis* nomen sortitus, & in sinum *Borgarfjord* sese exonerans dividit: Quam *Insulæ* divisionem deinde perquam convenienter humana specie representat.
l. 3. Geogr. c. 2. p. 1428. *Multiple* paternitates in uno possunt esse *Patre*.
l. 1. Crymog. c. 15. & l. 1. c. 7. p. m. 60. *Non omne mendacium* est *peccatum*.

l. c. Tab. 98. **FINIS.**
¶) In Chron. Sax. p. m. 123. *ΚΟΤΤ*

In Geogr. p. m. 100. β. *ΚΟΤΤ*
¶) In Crymog. l. 1. c. 1. p. 1. & In Anat. Blefk part. 2. pag. m. 36. *ΚΟΤΤ*
¶) lib. 4. Rer. Geogr. pag. m. 138. u. 50. *ΚΟΤΤ*

Q.K. 366, 1.

DISSE

T

INCLU

Pub

M. IS

GE

Li

CO-

X 19 04072

ICI

i.
LO

gorny.

421

II 0
593

